

10585.

ANTI-COPPENSTEINIUS

Sive

Spongiæ Coppensteinianæ
contra *Papa-Calvinismum* directæ, mo-
desta & methodica Refutatio, Decadi
Disputationum Theologicarum,
inclusa, & publicè venti-
lata,

AUTORE & PRÆSIDE

JOHANN E HIMMELIO
Pomerano, SS. Theol. Doct. & in Aca-
demia Jenensi Professore.

Hierony. ad Pammach.

*Si adversæ sis partis, aut profer meliores Epu-
las, & me convivâ utere; aut quali-
cunq; nostrâ cœnula contentus esto.*



J E N Æ



Sumptib. JOHAN. BIRCKNERI Bibliop.

ANNO M. DC. XXVI,

90,1020.

Sächsische
Landesbibliothek
Dresden



Per-Illustriac Generosissimi
mo Domino,

DN. HEINRICO
JUNIORI,

HEROICÆ PROSAPIÆ RU-
THENICÆ SENIORI, DOMINO à PLAUEN,
CÆSAREÆ MAJESTATIS CONSILIARIO, DO-
MINO IN GRAITZ, CRANICHPELD, GERA,
SCHLEITZ, ET LOBENSTEIN, &c.

DOMINO MEO CLEMENTI
ET GRATIOSO.

*Vitam prolixam, Imperium securum,
Domum tutam, Senatum fidelem,
Populum probum animitus P.*



Ræscribere magna
PER-ILLUSTRIS ac GE-
NEROSE Dn. RUTHE-
NE, *Domine Clemens & Gra-
tiose*, Opusculis etiam parvis nomina &
quasi columina, imò tanquam vivas ope-

)?(2 ris

ris victuri columnas, receptum constat, jam pridem, sive à more, sive ab honore, sive potiùs ab utròque. Ab illo certè, quia vix quisquam inter eos, qui in doctiorum luce, à nonnullis retrò seculis, unquam claruit, qui negligendum id putavit: ab hoc, quia supra fortunam communem, vulgarémq; conditionem positos, tali potissimum donario mañandos, & anathemate honorandos esse prudenter judicãrunt Majores, in exemplum posteris, in testimonium præsentibus. Sequor ipse è longinquo, & opusculo huic novo augustissimum **GENEROSITATIS TUÆ**, *Generose & Gratosissime* Dn. RUTHE-NE, Nomen, splendidi vestibuli vice, præpono, quamvis etiam ob morem, magis tamen ob debitum honorem & gratitudinem. Quia enim Athenæum nostrum *Jenense*, *G^{as} Tua* olim radiis præsentia suæ illustriùs reddere, favorémque & gratiam cum Docentibus aliis, tum nuperrimè & mihi

D E D I C A T O R I A.

mihi (ubi insignem G. T. Pietatem, & Humanitatem præclaram, hodièque raram; *Εὐχρηστοσύνην* Ecclesiasticam in Templo tam Aulico, quàm Oppidano, quàm concentum Musicum, quàm conventum publicum, egregiam, & verè regiam; moderatissimam Reip. gubernationem nunquam non laudandam; conjunctissimam deniq; Theologorum & Politicorum Harmoniam jucundam & fœcundam, antehac sæpiùs ab aliis quàm plurimis mihi commendatam & deprædicatam, ipsemet experire, & coràm non sine interioris animi tripudio intuerer) plurifariam contestari dignata est; non ab uno, sed certatim & multis, nec univèrsatim, sed singulatim, & jure quodam merito, meâ etiam voce gratiam publicè referri aliquam, nemo opinor gratæ mentis improbaverit. Proprium hoc est meliorum literarum, ut à quibus despicatui non habentur, iis honore litent assiduo in Æternitatis fano: & ne quidem Sa-

)?(3

cræ

cræ literæ eorum patiuntur obliterari nomina, quorum sive in Templi Israëlitici fabricam, sive in Administros collata memorantur beneficia & officia, tam minima, quàm maxima. Etsi verò luculentius ante oculos adeò Generosos, animùmque adeò eminentem proponi oportebat observantiæ & Gratiitudinis monumentum: quia tamen juxta egregium *Plutarchi ad Casarem Trojanum* Apophtegma; non minus regium summaq; humanitatis, parva lubenti faciliq; suscipere animo, quàm magna largiri: nullus dubito exiguum hoc munus perinde ac si magnum foret gratiose susceptum iri. Hoc ut G. T. faciat, & devotæ submissionis hocce Symbolum, si non ex munere, nisi quâ sacrum & ὀρθοδοξίας propugnaculum; at ex voto æstimet, submissè oro, & hoc *Firmiani ad Constantinum M.* voto *μεροφώνου* hanc concludo: *Det Tibi Deus felicitatem, virtutem, diviturnitatem: ut eadem justitiâ, quâ juvenis*
exor-

DEDICATORIA.

*exorsus es, gubernaculum Reipub. etiam
senex teneas, Tuisq; liberis, ut ipse à Patre
accepisti, tradas. Ita G. T. cum Coniuge ac
Sobole Generosissima, valeat, mihiq; meisq;
porro clementer faveat, regnétque felici-
ter, felicissimé. Jenæ Prid. Id. VIIbr.
Anno quem sententia signat Apostolica:
HVIVs & ILLIVs pietas Dat. præMia Vltæ.*

Per Illustris Generosit. T.

Obsequēntissimus & observantissimus

Johan. Himmel D.

I N
P A P A - C A L V I N I S M U M

Dn. JOHANNES HIMMELIO
SS. Theolog. Doctore, & in Acad. Jenensi
Professore, Compatrie, Collega & in Christo Fratris
suo conjunctissimo

publici juris factum,

Epigramma

D. Johannis Gerhardi.

Connexas caudis vulpes Manoëius Heros
Miserat in segetes terra Philista tuas.
Vidisses longis incendia surgere campis,
Et Cererem in stipulis interiisse suis.
Scilicet hoc eadem mutatis luditur avo
Fabula personis, res facit ipsa fidem.
Rasa cohors & Calva cohors incendia miscent,
Et latè sanctos depopulantur agros.
Sunt capita inter se divisa & praelia miscent,
Sed caudas jungit titio flammivomus.
Hoc gratà docti monstras brevitate libelli
HIMMELI Eusebies, Theologiae decus.
Ac vulpes abigis, ne damnum vinea Christi
Sentiat aut sanctos flamma perurat agros.
Magnum opus hoc, fateor, sed gloria magna sequetur,
Gloria magna solo, gloria magna polo.

Σὺν

Σὺν Θεῷ

DISPUTATIO
ANTI-COPPENSTEINIANA
PRIMA

pro
*Concordia Papa-Calvinistica in Loco de
Principio Religionis seu S. Scriptura.*

RESPONDENTE

JOHANNEN NIEMANNO, Holsato.

THESIS I.



Allem & ego, *Coppensteini*, exhortandi ad Fidem subire officium, quàm de Fide disceptandi subire onus; ut in causa non dissimili *D. Ambros. ad l. i. de Fid.* Præfatus est. Sed quoniam vel ipsum jus naturæ petit, omnesque Leges tam divinæ, quàm humanæ postulant, Filium Parentem, Pastorem Ecclesiam, Theologum Religionem, Religiosum Sacra, ac denique Membrum Ecclesiæ quantumvis vile, Principium ac Fundamentum Ecclesiæ, quoad possit, à quacunque injuria propugnare: ideo hocce scribendi genus non detrectare compulsus sum,

2. Etenim Tu, *Coppensteini*, contra meum *Papa-Calvinismum* Censuram edidisti sat acerbam, quâ, nescio cujus novitatis, imò calumniæ & infamiæ inauditæ me accusas: ad quam atrocem accusationem, quî vel surdus, vel mutus esse queam, neque alii cordati, neque ipsemet video. Unde reticere non placuit, ne quis forte (ut *Salustiano* illo utar) modestiam in conscientiam diceret: præsertim cùm secundum *D. Apostolum* Ecclesiæ Doctorem deceat τὰς ἀνὴλέγοντας ἐλέγχειν καὶ ὀπισθομίζειν:

A

Tit. 1

Tit. 1:9, 11. cūmq̄ue secundum *Mediolanens. Episcop. l. 5. de Fid. ad Gratian. August. Cedere videamur, si taceamus.*

3. Erras verò in eo, quod in *Epilog. pag. 87.* scribis: *Te in arenam ab Himmelio Jenæ esse protractum. Uter quæso, Luthero-Calvinistane; an verò Papæ-Calvinista prior prodiit? Annon Coppensteini: prius evulgavit Luthero-Calvinistam? Recognosce propria tua verba quæ ita habent in Epist. Dedicat. p. 1. b. ex quo calamus transtuli ad Controversias, vertiq̄ stylum in Novatores (ita nos veteratorie vocas) quorum hi esse Lutherani, isti Calviniani videntur: sed reipsa Luthero-Calvinistas demonstravi; & Laconicè refutavi; utrorumq̄ Genealogias revelavi; simul Crabrones IRRITAVI: Hollandicos hinc ab occiduo, inde Lutheranos (qui minimè sunt Crabrones, Coppensteini, sed veritatis cœlestis legitimi vindices) ab Aquilone: Reverà minimè Fucos (quales sc. plurimi sunt Monachi otiosi & ignorantie fratres) inermes, sed examinum Regulos peraculeatos (cuspide scil. & gladio Verbi Divini ancipiti, Hebr. 4, 12.) ipsorum testibus contra me grandibus libris evulgatis. Idem fateris in *Præfat. ad Lector. ubi: Luthero-Calvinistam, inquis, vulgavi; demonstravi: Ecce, vulgato vulgatur opposita Papæ-Calvinistica Concordia. Proprio igitur Testimonio convinceris Te in arenam me protractisse.**

4. Licet enim *Luthero-Calvinista Tuus mihi in specie Soli non fuerit oppositus, tamen in genere æquè mihi, ac omnibus sinceris Lutheranae Ecclesiae Dd, quorum ego nequaquam me profiteor vel Regulum (uti in Epist. Dedicat.) vel Lutheranismi verticem Theoricum (uti p. 74.) vel virum (uti p. 81. me indigitas) exquisitiùs doctum, lectionis, observationisq̄ juxtà multæ, ingenii, judicii ac studii altioris; sed Servorum Christi minimum, quippe qui mecum habitare novi; neque mihi placere vel mea exosculari, sed potiùs aliorum rectè sentientium iudicio me meaque submittere soleo, subinde in memoriam mihi revocans illud Paulinum: ἐκ μέγας γνώσκομαι, 1. Cor. 13, 9. & libens lubensque me illis annumero associòque, de quibus ita Cypria. Epist. ad Pomp. Oportet Episcopum non tantùm docere, sed*

⊕

discere, quia & ille melius docet, qui quotidie crescit, & proficit discendo meliora.

5. Sed quia Tibi placuit, *Coppensteini*, mecum descendere in arenam, age, ne hanc declinare vel detrectare videar, Tecum in nomine Domini, cujus gloriam ejusdemque Ecclesiae salutem unice quero, cominus congreddiar, non ferro sed verbo, non dapaticè sed emphaticè, non magnificè sed Theologicè & veridicè, non vernaliter sed vulgariter, non sarcasticè & convitiis, sed Theologicè & rationibus firmis; memor illius *August. l. 5. contra Pelag. c. 17. Exue te calumniis, viribus luctare non fraudibus.*

6. Pugnandum verò mihi Tecum erit, tum de Libelli tui contra me editi *Ἰσχυαὸν* seu Inscriptione, tum de ejusdem *Ἐπιπόδιον* seu Tractatione.

7. *Ἰσχυαὸν* seu Descriptio talis est: *Spongia Concordiae Papæ-Calvinisticae: seu, Deterfio infamiae Papæ-Calvinismi inauditi.*

8. Monstri quid alere videtur tuus hicce, *Coppensteini*, Titulus tum ratione Antecedentis, tum ratione Consequentis.

9. Antecedens Tibi dicitur *Spongia* seu *Deterfio*: nomenclatione forsan Metaphoricâ & Metonymicâ. At, *Coppensteini*, vereor, ne *Spongia* tua sit similis *Spongiae* quæ Christo ab impiis militibus exhibita, nil nisi acetum & fel aconitum continebat, *Matth. 27, 48 Marc. 15, 36 Job. 19, 29.* neque a tibi in tota Scriptura S. hæc vox reperitur; & vix tuo sensu apud ullos Scriptores Ecclesiasticos occurrerit. Unde cave, ne in te quadret illud *Nicetae: Nova orationis forma, ostentatio est intempestiva.*

Qui fingit nova verba simul nova dogmata gignit.

10. *Deterfio* tua utinam non esset *Deterfio*, sed vera *deterfio* & *absterfio* errorum tum Theoreticorum tum Practicorum, Papæ-Calvinist. utinam non premeretis, sed potius pedes & membra Christi lachrymis rigaretis & capillis detergeretis cum *Maria Magdalena, Luc. 7, 38!* Ast metuo, ne *Deterfio* tua sit similis *deterfioni* *Mulieris adulteræ quæ comedit, & tergens os suum dicit: non sum operata malum, Prov. 30, 20.* Nam *Spongiam* tuam verè abire in *Spongiam*, & quæ *Spongiam* corrigere (uti proverbialiter

liter dicitur, docente *Erasm. in Adag.*) i. e. absurdè loqui, ex Apologia mea patescet.

11. *Consequens tuæ Inscriptionis est: Infamiæ Papæ-Calvinismi inauditi (uti loqueris p. 5.) & novi monstri: aut (veluti scribis in Epist. Dedicat. p. 2. b.) novæ & inauditæ Controversiæ: vel (uti tuus Ebuccinator Fr. Johan. Wagner. in Censura ait) Calumniæ inusitatæ & antehac inexcogitatæ: imò (uti tute loqueris in Epist. Dedicat. p. 2.) obscœnæ.*

12. DEUS bone! quid audio de inaudito, quid cogitatis de inexcogitatis? & quidem de Monstro, de Calumnia, de infamia nova, inaudita, inusitata, inexcogitata, & qua de non?

13. Vin' ut Tituli tui vim Syllogismo includam? Quodcûnque est novum, inauditum, inusitatum, illud est infame, monstrosum, calumniosum, & per Consequens spongiâ abstergendum, imò absurdum.

Dicere Romano-Catholicos esse Papæ-Calvinistas, est novum, inauditum, & inusitatum.

Ergò est monstrosum, calumniosum, infame.

14. Respondeo hîc ad Majorem, Coppensteini, illam non esse $\chi\tau\omega\alpha\nu\tau\epsilon\varsigma$, i. e. simpliciter, universaliter ac indeterminatè veram; siquidem laborat omni Elencho, & principium petit. Quo enim Logico Argumento simpliciter argues, novum, inauditum, inusitatum infamiæ, monstrositatis, & calumniæ? Profer firmum unum sodes. Ecce Apostolus nova proponit omnia, 2. Cor. 5, 17. nova requirit ab omnibus, 1. Cor. 5, 7. 2. Cor. 5, 17. idem antea inaudita & arcana audit, 2. Cor. 12, 4. Sic propositiones Personales & Sacramentales dicuntur & sunt inusitatæ. Num propterea ista omnia infamia, monstrosa, calumniosa Tibi tuisque Ebuccinatoribus erunt, Coppensteini?

15. Minorem Syllogismi quoque nego & pernego. Ubi tuam tuique Fr. Joan. Wagneri incogitantiam & vocem inconsideratam miror, quâ uterque plenis buccis clamatis: *Papæ-Calvinismum seu Calvinio-Papismum esse rem inauditam, novam, nunquam visam, antehac inexcogitatam, inusitatam, in cerebro Himmelii natam.* Annon jam dudum B. Lutherus, antequam

Him-

Himmelius hanc lucem viderat, & dum vix *Calvinismus* & *Jesuitismus* gliscerent, *Concordiam* & *Harmoniam* *Papa-Calvinist.* vidit & prævidit? Vide sis, *part. 1. Papa-Calvis. c. 3. pag. 39.* Annon anno 1597. dum *Himmelius* vix ex ephebis excessisset in florentissima Academia Electorali *Witebergensi* *Dn. D. Salom. Gesner b. m.* publicè duas disp. de hoc *Calvino-Papismo* in corona & confessu multorum habuit, masculè defendit; quæ etiam in tanto pretio fuere, ut & vice secunda *Francof. ad Mœn An. 602.* & tertiâ *Witteb. An. 621.* recusa & passim venales fuerint. Tene *Fr. Johan-Andre. Coppenstei.* & *Te Fr. Johan. Wegner.* Ordin. Præd. Sacerdotes, Theologos & Parochos *Heidelberg.* decet esse tam ignaros, & rerum Theologicarum ante tot annos publicatarum inexpertes? Ubinam vel in quo Mundi angulo latitastis hætenus, quo minùs Scripta Theologica publica, ad vos quoq; pervenire valuerint? Certè mihi evenit (ut summa inois comparem) quod contigit *Paulo* ad quem *Epicuræi* & *Stoici* Philosophi: *Quæ ista, nova à te refertur doctrina? Actor. 17. 19.* imò ipsi *Christo*, de quo ita animo virulento *Pharisæi*: *A seculo non est auditum* & c. *Job. 9, 32.*

16. Nolite igitur posthac usu *protritum*, vocare *inufitatum*, à plurimis *auditum*, lectum, & perlectum, nominare *inauditum*; nolite nimis citò & properè judicare ac rem VOBIS (non aliis) ignotam damnare, & *Himmelianum figmentum* *Monstrumq;* nominare, quod *Himmelius* non excogitavit, sed *Præceptorum* suorum ductu saltem auxit & latius deduxit; quod cognoscere potuissetis (nostrorum si Scripta evolveretis) ex hisce *Dn. D. Gerhardi*, Collegæ, Fratris, & Compatriis mei in *Christo* conjunctissimi verbis, quæ *part. 1. disp. 12. th. 10.* ita sonant: *Papismi & Calvinismi convenientiam in Theoria & Praxi ostendit D. Gesnerus in Disput. ex professo hac de re institutis, quam sup. Quæstion. Dn. Collega noster honorandus D. Himmelius in Harmonia Calvino Papistica latius deducet.*

17. Atque sic & *Major* & *Minor* *Syllogismi* tui prostrata jacet; & in favillam recidit *Conclusio* hæc: Ergò *Himmeli* *Papa-Calvinismus* est *infamis*, *monstrosus* & *calumniosus*. Qui

veritatem loquitur, is neminem infamat (licet Sontium odium incurrat) non *calumniatur* neq; *monstrosus est*. nisi forsan ratione Subjectæ materiæ occupatæ, quæ sæpius est nimis monstruosa & cadaverosa. Aliàs Spiritus Sancti Elencticum officium, nequaquam est convitium.

18. Sed vide *Coppensteini* & temetipsum ride, qui statim in *Titulo* libri, & in *Dedicatione* Tibi contradicas & tuo te gladio jugules. Dicis enim me vos *infamia* & *calumnia* afficere statuendo, vos esse *Papæ-Calvinistas*, seu *contra nos* (& *contra Scripturam S.*) cum *Calvinistis* conspirare. Atqui hocce comprobas ipse dum me vocitas *Fabrum Ubiquitarium* (in *Titulo*) *Ubiquistam* (in *Prefat. ad Lect.*) *Ubiquetistam* p. 26. *Ubiquetarium* p. 29. &c. Hinc tale formo Argumentum ;

Quicumque cum *Calvinianis* contra *Scripturam S.* non tantum *Ubiquitatem* seu *Omnipresentiam* Christi negat, sed exinde etiam *Lutheranos Ubiquetistas*, *Ubiquetarios* &c. animo virulento & odiosè nominat: ille certè cum *Calvinianis* hætenus conspirat contra *Scripturam S.* & *Lutheranos*, & *Calvinianorum Socius* jure meritoq; vocari potest ac debet. Atqui *Coppensteinius* cum aliis *Loipolitis* hoc facit.

Ergò *Coppensteinius* & alii cum *Calvinianis* in hoc puncto (alibi in aliis) contra *Scripturam S.* & *Lutheranos* conspirat, ac jure meritoq; *Calvinianorum Socius* ac *Papæ Calvinistæ* vocari possunt ac debent.

19. Interim, *Coppensteini*, neque me neque alios *Lutheranos* magno dolore afficis, si nos voces *Ubiquetarios*, ab illo sc. dogmate, quod non fabricat *Himmelius*, sed quod & *Scriptura*, & *Patrum cęthodoxiæ*, & sana ratio docet, ac non nisi *Nestorianus* negat. *Ubiquetarii* si audire *Calvino-Papistæ* & *Papæ-Calvinistæ* nolint, sint & vocentur *Localistæ* (qui Christum certo cœli loco includunt; vide *Papæ-Calvinis.* p. 4. c. 2. p. 36.) per nos licet.

20. Et quid est, *Coppensteini*, quod in *Prefat. ad Lect.* à Te salutor non tantum *Ubiquista*, sed & *compostor voluminis magni*, diu cocti, ausu giganteo congesti, instar alti rogi? Annon *Volumen tuum Lutherano-Calvinisticum* constat pag. 797.

ven.

venditurq; $2\frac{1}{2}$. Imperial. meo *Papæ-Calvinistico* quod constat, pagellis 93. emiturque *quadrante unius Imperial.* longè majus, spissius & grandius crassiusque est? Num publicè divulganda ponderare atque animo volvere & revolvere, seu (ut Tibi loqui libet) coquere, est vitiosum, annon potius utile & fructuosum? quippe cum & in 9. annum debeant edenda studiosè & curiosè, secundùm *Horat.* legi & relegi. Sanè *Harmoniam* hanc *Papæ Calvinist.* non ausu gigantæo initio meæ Professionis, sed ex consensu *Dnn. Collegarum*, meis publicè proposui Auditoribus, postea suasu multorum luci publicæ exposui ante quadriennium modò (unde non ita *nova & inaudita* uti Tibi & tuo *Wagnero* videtur) Calvinistis & Lojolitibus: tandem Tuo *Luthero-Calvinistæ* veluti pharmacum probè præparatum & coctum opposui, Tibique exhibui: quod quàm difficulter tu concoquere queas, conicio ex *Spongia* tua, quâ, ventriculus tuus imbecillior, quod egerit & eructat, abstergere, atque ita infirmitatem, & imbecillitatem tuam tegere allaboras. Ubi certè fuma & suffitu etiamnum indiges, quo venenosi ventriculi tui halitus dispellantur, & animi tui deliquio subveniatur ac medela paretur.

21. Sed nolo morosius & accuratius examinare tuam *Πρόλογον* & Præfationem, ne conqueraris (uti infra pag. 28.) me nodum in Scirpo querere.

22. Aggredior igitur ordine *Spongiæ* Tuæ *ἔξινον* tuamque ad mei *Papæ-Calvinistæ* Responsionem; ut appareat, quæ eum redegeris in *favillam*, & utrū nihil effecerim, nisi conatus effectum in *protasi*: in *comparationis* autem *Apodosi* longè disparem eventum, quantumvis bonam teneam *methodum*: ut loqui & gloria tibi libuit in *Præfat. ad Lect.*

23. Quia verò Tu me *καὶ πῶδα* secutus es, ordine non quidem singula, sed tantum præcipua rerum momenta repetendo, & tuo modo modulòque examinando, ecce Te quoque eandem semitâ sequar, & ordine *Spongiam* tuam ita ad Verbi Divini trutinam appendam & exprimam, ut cuilibet candidè iudicanti appareat, quali *venenato & acetoso liquore mucosa & muc-*

muci-

mucida tua *Spongia* sit referta; expressa verò quàm levis, & pumice aridior sit.

24. Initiò igitur ubivis verba, quæ ex mea excerpisti & extraxisti *Concordia Papæ-Calvinistæ*, unà cum *Spongiæ* tuæ verbis non omnibus & singulis (sicuti nec Tu omnia mea repetis) sed quæ Censuram & Apologiam merentur, sub nomine *Coppensteini* præmittam: deinde *Apologiam* mox subjungam, tuam, quantum fieri potest, imitaturus Laconismum; nam & mihi haud ingrata rotunda brevitās, cùm nimia prolixitas plerunq; garrula & tautologa. Uti verò me sæpius in *Spongia* remittis ad *Bellarminum*, cùm primis verò ad *Tua Scripta* antehac publicata, ita vitio mihi haud vertes, si ubi usus postulārit, in mea *Apologia* Te ad mea qualiacunque, cum primis verò ad alios Theologos nostros remisero: *Statu* tamen *Controversiæ* seu genuina *Questione* prius ritè formata, & Argumentis ab utraq; parte candidè & *Logico-Theologicè* discussis. JEHOVAN & animum & calamum meum dirigat, flectat, sistat, ut ipsi grata, Ecclesiæ salutaria, & non nisi verbo suo conformia cogitem, dicam, scribam! Ita verò exorditur.

COPPENSTEINIUS pag. 1.

25. Status Universalis *Controversiæ*: An *Papistæ* sint *Papæ-Calvinistæ*? *Himmelius Jenensis Theologiae Professor* affirmat & suadet. *Spongia* nostra negat; & sic demonstrat *Discordiam Papæ-Calvinisticam*. Omnia & singula Novamenta Lutheranorum, Calvinianorum &c. anathematizant in Concilio Tridentino *Papæ* & *Papistæ*: Ergò nec sunt, nec verè dici, docerive possunt esse *Papæ Calvinistæ*.

APOLOGIA.

26. Statum hunc *Controversiæ* Universalem esse concedo quidem, sed eundem nimis esse generaliter formatum, ajo. Nam I. non nudè & crudè assero *Papistas* esse *Calvinistas*, vel *Papæ-Calvinistas*, scil. respectu personarum & individuum, ita enim *Papista* & *Calvinista* individualiter seu Specie Specialissima

cialissima vel (ut alii enunciant) numero differunt: sed Harmoniam tam Theoreticam, quam Practicam vigere inter Papistas & Calvinistas assero. Unde libri mei Titulus non abstractivus, sed concretivus: *Concors Concordia Papæ-Calvinistica*. Et edit. prioris Calvinianis potissimum oppositæ Titulus hic erat: *Calvino Papismus, seu Harmonia Calvino-Papistica Theoretico-Practica, quam libri Πνευματικὴν repeto in edit. post. p. 2.* II. Neq; Harmoniam & Concordiam statuo hanc, quasi in omnibus & Fidei & Vitæ capitibus Papistæ cum Calvinistis facerent & consentirent, sed in plurimis uti expressè loquor p. 3. b. edit. poster. sive in multis, ut habet inscriptio edit. prioris, videlicet in his denis capitibus Theoretico-Practicis, quæ recenset ipse Coppensteinus p. 2. Spong. in quibus Pontificios cum Calvinianis, & Calvinianos cum Pontificiis conspirare verè affirmavi & demonstravi, Coppensteinus verò negat tali Enthymemate:

Omnia & singula Novamenta Calvinianorum anathematizant in Concil. Trid. Papæ & Papistæ.

Ergò nec sunt nec verè dici possunt Papæ-Calvinistæ.

Resp. ad hocce Enthymema in Genere. Optarem sanè ut Coppensteinus non solum Syllogismos (sive perfectos sive imperfectos) neceret, sed ut simul doceret, unde seu ex quo fonte Logico tertium Argumentum seu Medium concludendi depromeret. Sed quia forsitan vel hocce artificium parùm curat, vel minùs callet, ideò mea hæc erit curatio, ut Coppensteinii Concludendi Medium, si quod habet, ad certum fontem Logicum reducam. Procedit igitur hocce ipsius Enthymema à Natura Adversorum, unde integer Syllogismus fuit talis:

27. Quodcumq; Papæ & Papistæ in Conc. Tridend. improbant, imò anathematizant, illud non approbant.

Atqui omnia & singula Novamenta Calvinianorum improbant & anathematizant.

Ergò nulla approbant: & per Conseq. neq; Calvinianorum Novamentis seu Erroribus subscribunt, neque Papæ-Calvinistæ verè dici, docerive possunt.

28. Resp. in specie I. Majorem Syllogismi juris quidem esse

B

esse

esse sed non facti; deberent quidem *Papistæ* (ut *Papistæ*) illa quæ semel decreta sunt in *Conc. Trid.* (quæ illis non nobis est norma credendi) propugnare, non oppugnare; at hoc non semper fit, de factò: siquidem plurimi *Pontificiorum* non tantùm *Conc. Trid.* sed & *juri Pontificio*, & aliis *Dd. Pontificiis*, imò *sibiipsis* & propriis suis *Scriptis* contradicunt ac contrariantur, ita ut quod ante approbatum fuit, improbent, & quod asseruerunt, deserant & negent, unde tantus *Labyrinthus Papisticus*, tantus *Pontificiorum* dissensus, tanta discordia, tot contradictiones, quibus lete invicem, imò seipos confodiunt: sicuti hoc jam dudum à nostris demonstratum est, præsertim à *Dn. D. Humio b. m. in Labyrintho Papistico*, à *Dn. D. Ostandro in Papa non-Papa*, ab *Henrico Empsychovio in Apologia contra Braun.* à nobis quoque in *Collegio Anti-Papistico*, qualibet fermè in *Controversia*: & brevi *D E O* dante, habebunt *Papistæ Dn. D. Gerhardi, Romano-Catholicam Confessionem Semetipsam confodientem*, juxta seriem *Bellarmin.*

29. Atque hoc in initio ideò moneo, ut in genere & semel respondeam *Coppensteinio* ad *Coccysum*, quem ubivis ferè repetit: dum me *contradictionis* vult arguere ex hoc principio: Quia sc. in initio *Controversiæ* cujuslibet, errorem *Pontificio-Calvinianum* recitem, postea plerùmque subjungam *Confessionem Pontificiorum* veriore, ac priori *contrariam*. Unde *Coppenstein* ad me: *Ipse*, inquit, *ex Papistis* ita doces p. 6. item: pag. 8. *Ipse recitas ex Pontificiis eximias Apologias pro Scripturæ veritate: hic tua tibi in contradictione quæ constantia?* Optima mihi *Coppensteini*, sed vobis pessima. Etenim studiosè sub fin. semper *contrariam* vestram *Confessionem* adduco eo fine, 1. ut vos fortius constringam; cum *propria Confessio* sit *optima adversarios convincendi ratio*. 2. ut *manifestæ contradictionis* vos arguam, & *consensum* vestrum quem semper crepatis & jactatis (imò pro genuina *Ecclesiæ nota veritatis*) merum esse *dissensum* & inanem sonum ostendam. 3. ut quoad possibile vos in *viam* & ad *erroris agnitionem* perducam. Etenim cum *Contra-*

ria

ria simul vera esse non possint, sed vel alterutrum, vel utrumque falsum sit, uti ex Principiis etiam Logicis notum, utiq; contrariarum vestrarum assertionum vel alterutra (ubi una vera altera falsa) & quidem vera assumenda & retinenda, alterutra vero videl. falsa rejicienda, vel utraque (ubi videl. utraque est falsa) abolenda & damnanda. Et hunc refellendi modum non solum contra Vos, verum etiam contra Calvinianos (quorum itidem propriam contrariam Confessionem adduxi in Harmonia, & in Colleg. Anti-Calviniano) adhibui. Neque hæc refutandi methodus ac ratio est inusitata tuo Bellarmino, qui & ipse multas Pontificiorum Contradictiones allegat, quas in unum collegit fasciculum Dn D Pappus p.m. libro, quem inscribit Contradictiones nunc-Romane Ecclesie, impresso Argentorati Anno 597. Sed hæc semel monuisse sufficiat.

30. II. Resp. ad Syllogismi tui Minor. illam non esse $\tau\omega\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma$ seu simpliciter veram. Siquidem Papæ & Papistæ non omnia Calvinianorum novamenta & erronea dogmata improbârunt & damnârunt, sed multa tolerârunt, imò approbârunt, licet non explicitè tamen implicite: e. g. dogma de Traditionibus & humana ratione pari passu & eadem pietatis affectu cum Scriptura amplectendis; de peccato originis, de necessitate Bon. Operum ad salutem &c. Adde III. omnia, quæ à Pontificiis jam creduntur in Conc. Trid. tradita esse, demonstrari non posse. Vide sis D. Huberi Anti-Bellarmin. l. 1. c. 8. p. 300.

31. Sed excipit Coppenstein in Prefat. ad Lector. n. 5. ita: Cum nulli unquam novatores, in undiq; omnibus articulis ita dissenserint ab Romana Ecclesia, quin & in nonnullis ei consentirent: Cum ipsi etiam inter se dissenserint, ut in his illi, isti in aliis cum Ecclesia concordarent: ut hodièq; fit: Quid est, quò minus eadem operâ formâq;, quâ Papæ-Calvinistas, ex nobis Himmelius formasset informes Papæ-Lutheristas, aut Papæ-Zwingliastas, aut Papæ-Schwenckfeldistas, aut Papæ-Anabaptistas &c.

32. Ita scil. vult argumentari ab Absurdo:

Si Pontificii statim denominandi sunt ab iis, qui in nonnullis cum

Romana Ecclesia consentiunt. Ergò eodem jure, quo vocantur Papæ-Calvinistæ, vocari etiam possunt Papæ-Lutheristæ, &c.

Consequens videtur absurdum. Ergò & Antecedens.

33. Resp. I. argumentum hoc laborat Elencho, & extra lineam currit. Etenim non est Quæstio inter nos, an Papicolæ consentiant in nonnullis, vel cum nobis, vel cum Calvinianis, vel cum aliis; sed an consentiant cum Calvinianis contra Scripturam S. unde p. 2. b. studiosè ita statum Controversiæ formo: Ecclesiæ Romanæ Dd. contra Verbum Dei sive Scripturam S. (quæ verba peculiari ibi notata sunt typo) conspirare cum Dd. Ecclesiæ Calvinianæ. Idem Thema indigitat *Ἰν γὰρ φη* edit. prior.. Et hoc τὸ contra Scripturam S. datâ operâ omisit Coppenstein.

34. Novimus igitur & nos, Pontificios in nonnullis (quamvis non ita multis) nobiscum convenire & consentire, sed non contra Scripturam: quæ est *Consensio* in bono & licitis, non *Conspiratio* in malo & illicitis. Atqui hunc quem & in *Theoria* & *Praxi* ostendimus Consensum, non alunt Pontificii cum Calvinianis secundùm, sed contra S. Scripturam seu Verbum DEI, unde verè *Conspiratio* contra Divinum dicitur Verbum, imò Deum ipsum. Simile jam sit judicium de Zwinglianis (quos Coppenstein distingit à Calvinianis, quo fundamento non intelligo) Schwenckfeldianis & Anabaptistis, item Photianis & Arianis, quibuscum ubi ubi conspirant, contra Scripturam S. ibi Papæ-Schwenckfeldiani, Papæ-Anabaptistæ, Papæ-Photiniani jure meritoque appellantur: sicuti è contra eodem jure & fundamento dicuntur Schwenckfeldio-Papistæ, Photiniano-Papistæ, eorundemque Religio Schwenckfeldio-Papismus, Photino-Papismus dici meretur. Legat hac de re Coppenstein, haud gravatim Dn. D. Gerhardi Photino-Papismum par. 2. disp. 7. p. 747-992. quæ disputatio inscribitur Photino-Papismus, seu Harmonia Photinianorum & Pontificiorum. Nobis certè neque cum Pontificiis, neque cum Calvinianis, neque cum aliis Hæreticis, ulla intercedit contra Scripturam S. conspiratio: quod
tara.

tamdiu strenuè defendemus, donec contrarium evidenter probetur, quod ad Calendas fiet Græcas.

35. Et tantum de genuino Controversiæ Statu; nunc cum *Coppensteinio* progredimur ad cujuslibet partis, videlicet & *Theoreticæ & Practicæ* Examen, & videbimus: an capita ista *bie dena de Papistis* sint, uti *Coppenstein.* p. 2. ait, *Falsa.* Initio igitur Capita partis primæ *Theoreticæ* veniunt ponderanda. Ita verò

COPPENSTEINIUS pag. 2. & 3.

Pars I.

CONCORDIA DE DOCTRINA.

HIMMELIUS. Harmonia obliqua & indirecta. *Pontificii* sicut S. Scripturam 1. Primariò impugnant. 2. Autoritatem ei divinam detrahunt. 3. Imperfectam esse tradunt. 4. Literam mortuam & ἀλογον vocant. 5. Judicem controversiarum esse. 6. Religiosèque venerandam ut DEI Verbum negant: *Calviniani* similiter Personam Christi blasphemant.

SPONGIA. De *Pontificiis* falsa: de *Calvinianis* vera dicis. Age doce sis.

MEMENTO autem: Spongiam meam *Romano-Catholicam* tuis esse detergendis *FALSIS*, quibus *Papistas* infamare studes: *Calviniani* tibi *Calvinianam* parent, si quam possint: tibi que pro se respondeant: Ego pro ipsis nec *χελ*: quin contra magis contraque *Lutheranos*. Quando erratis utriusque, nescientes *Scripturam*, doctrinam in theoria, & virtutem Domini in Praxi ad vitam. Quæ duo Doctrinam sanam, & vitam probatam, in Ecclesiæ Doctoribus requiri ex *S. Aug. l. 4. civ. c. 27. & 29.* rectè affirmas.

APOLOGIA.

36. Resp. 1. Si voluerit *Coppenstein.* ita in specie singula

B 3

mea

mea refutare, quemadmodum in genere hinc jam secunda vice
refellit: de *Papistis* falsa (pag. 2.) de *Pontificiis* falsa (p. 3.) dicis:
tum ulteriori labore superfedere, & Spongiam suam absolvere
potuisset tribus hisce vocabulis: *HIMMELIUS* falsa dicit.
2. Quod si verò hæc refutandi ratio firma *Coppensteiniana*, tum
uno halitu *Coppensteinius* poterit omnium nostrorum Scriptura
difflare & refutare. Eodémque compendio ego in momento
Conc. Trident. Scripta Bellarm. & ipsius *Coppensteinii* opus qua-
dripartitum solidè *Coppensteinianâ* methodo, nullo refutarem
labore. 3. *Qui* Spongia tua, *Coppensteinii*, detertura sit mea, quæ
dicit *FALSA*, videbimus; & *Apologia* dabit atque ad oculum
Tibi aliisque monstrabit, uter nostrum erret *nesciendo Scriptu-
ram & virtutem DEI*. Ne Triumphum canas ante victoriam,
ut non in te quadret illud *Horatianum*:

Parturiunt mones, nascetur ridiculus mus.

37. Et quid, quæso, procaciter dicis p. 3. *Age, doce sis.*
Annon obliquam hanc Harmoniam satis edocui, *cap. 1. de Scri-
ptura*, ubi oculariter ostendi, quæ *Papistæ Scripturam S.* primario
tanquam Fundamentum impugnent. 1. *Autoritatem* ei in *Divi-
nis* detrahendo, & *Ecclesiæ, Conciliis, Traditionibus*, majorem
quàm *Scripturæ* tribuendo. 2. *Imperfectionis* eam arguendo.
3. *Literam mortuam* cum *Schwenckfeldianis & Calvinianis* ean-
dem vocando. 4. *Judicem controversiarum* eandem non agno-
scendo. 5. *Et religiose eam honorandam esse* inficiando.

38. Ad insulsum & iacultum Tuum *℞i Joan-Coppen-
steinii* ne quidem *℞v* addo, cum sit *Græcanicum Monachale Cop-
pensteinianum*, quod neque *Frater Joan-Georg. Güett* neque *Fr.
Joan. Wagner*, neque *Fr. Joan. Gödert* in *Censura* suâ animad-
verterunt. Atque ita hæc unica vocula quatuor *Johannes* igno-
rantia Fratres prodit.

39. Accedamus ergò *Capita Theoriæ* singula & videamus,
utrum non satis docuerim veritatem, & veram cum *Calvinianis*
contra *Scripturam S.* conpirationem *Papalem*.

COP.

COPPENSTEINIUS pag. 3.

Cap. 1.

De Papæ - Calvinistica S. Scripturæ 1. Commendatione, 2. Vituperatione, 3. Annihilatione.

HIMM. Harmonia I. Pontificii & Calviniani S. Scripturam commendant: Testes utrorumque recito.

SPONGIA. Commendamus utrique eam: sed & Lutherani, cæteri que hæretici præsci, novi que. Cum tamen hi, ut ex S. Aug. l. 3. de Bapt. contra Donat. c. 19. ais, *Scripturas teneant non ad salutem: sed ad speciem*; nosque lucem Scripturæ tenebras dicere fingant.

APOLOGIA.

40. Resp. 1. Utiq; commendatis utrique & Pontificii & Calviniani, sed non sine fuco; nè scil. videamini manifestè in Scripturam injurii, imò blasphemi. 2. Commendant & Lutherani sed seriò, ita ut ab eadem, ne quidem latum unguem discedant, eandem pro unica Fidei norma agnoscant: num & hoc Papistæ & alii Hæretici, Coppensteini, faciunt? qui omninò vobiscum lucem Scripturæ S. fugiunt, unde & *Lucifugæ* à Tertul. vocantur; & verè tenent non ad salutem, sed ad speciem Scripturam S. 3. Vobis non affingimus, quod lucem Scripturæ tenebras vocetis: cum id manifestè evincant vestrorum verba, quæ bona fide citavi Harm. 2. Convit. 4. p. 14. & 16. Ubi Scripturam non lucem ac lucidam, sed maximè *obscuram* nominatis. Quæ de re suo loco. 4. Commendatis quidem Scripturam, sed & eandem postea, ubi ad rem devenitur, improbatis, & sic quod unâ manu largimini, alterâ vicissim suffuramini. Uti in hac eadem Harm 1. (quæ tibi non fuisset discerpenda in duas) ex Colloq. Ratisb. Hungero, Bellarm, & Hosio ostendi. p. 5.

COPPENSTEINIUS pag. 4. & 5.

Harm. II. De vituperatione S. Scripturæ per septena convitia Papæ - Calvinistica.

HIMM.

HIMM. I. MENDACII & ERRORIS arguunt S. Scripturam utrique Pontificii, ut i. Albertus Pighius l. 1. Hier. Eccles. c. 2. p. 8. Quis nos certos reddidit vera esse, & certa omnia, quæ scribunt Matthæus & Lucas de Christo, quæ non viderant, sed crediderunt narrantibus aliis (nimirum ex Traditione & auditione certa) Item de Marco & Joanne: tam etsi credamus, quod dictis actisque Christi interfuerint: non tamen omnibus quæ scripserunt. Potuerunt enim labi memoria & mentiri.

S P O N G I A. Nos in Speciem; fingis.

A P O L O G I A.

41. Resp. I. Harmonia hæc est non secunda sed prima, quam Coppensteinio collubuit separare, ut forsan Lectori persuaderet, nos in Papistis improbare Scripturæ S. commendationē, quam nequaquam improbamus, modò ex animo ista commendatio fluere, & non dicis tantum gratiā & pro forma fieret, uti in eadem ostendimus Harm. 2. Quid igitur, Coppensteinii, dicis, hoc me fingere? Ad testimonia Pontificiorum pag. 5. adducta nihil excipis sed ea concedis; & tamen dicis me quædam fingere vobisq; affingere. Num quæ ex Scriptis vestris ἀπολεξεῖ recito, fingone ea?

40. Sed ut fortius te premam hunc cape Syllogismum ex Definitione Hypocriticæ laudationis petitum:

Quicunque Scripturam S. jam laudant, jam vituperant, illi certè hypocriticè & ad speciem ac pro forma saltem eandem commendant & laudant.

Atqui hoc faciunt Pontificii. Ergò.

Propositio est extra dubitationis aleam posita. Assumptio à nobis est confirmata testimoniis Vestrorum tum ratione encomii p. 3 & 4. tum ratione vituperii. p. 5. quod in Scripturam vituperium vestrum ulterius probatur Harm. 2. per septena convicia p. 6. 20. Stat ergò Conclusio & per Consequens, HIMMELIO Coppensteiniius figmentum affingit.

COP.

COPPENSTEINIUS p. 4.

At in acie utramque perinde; nunc Scripturam, nunc Traditionem, pro re nata vibramus. Sed quia Traditio est S. Scripturæ & Testis, & Custos, & Interpret, & plurimum gravissimorum fidei articulorum tum extra, tum præter Scripturam (contra nunquam) assertrix & propugnatrix; idcirco eam creberrimè frequentamus invictam omnium hæresium domitricem & extirpatricem.

APOLOGIA.

43. Resp. 1. Hic vera falsis admisceas. Falsum est vos in acie Scripturam S. ponere seu (uti loqueris) vibrare. Etenim vos qualibet in Controversia non verbum DEI seu Scripturam S. in acie locare patet inde, quia Religionis principium vobis æquè ac Calvinianis (& Photinianis) est humana Ratio (non Scripturæ revelatio) uti probavimus autoritate vestrorum propriâ & quâ Theoriam & quâ Praxin, non tantum in ipsa Concord. Calvino-Pap. p. 22. led & disp. 2. Anti-pap. th. 6. & 7. ad quæ responde, Coppensteini, si potis es.

44. 2. Vera dicis & quidem nimis vera: Vos nimirum in acie ponere Traditionem æquè ac Scripturam S. Sed quo jure Coppensteini? Nam hoc est in Quæstione: an Traditio Ecclesiastica pari pietatis affectu in Ecclesia debeat recipi, quo Scriptura S. recipitur? Ita quidem tu hic doces cum Jure Canon. Conc. Trid. Catech. Rom. Censura Colon. Canisi. Thyraeo, Bellarm. quorum verba recitavimus disp. Anti-Pap. 2. th. 17. imò sunt nonnulli Vestratium, qui majorem autoritatem tribuunt Traditionibus, quàm Scripturæ S. quorum verba lege disput. d. th. 19. quibus accensendus est Lojolita Maierus, uti ostendimus disp. 10. Anti-Maieriana. Sed hanc opinionem vestram impugnare 1. Scripturæ S. perfectionem (quam vos protervè negatis, uti infra disputabimus) 2. Patrum œcumenicæ. 3. Juris Canonici, sibi contradicentis, & saniorum Pontificiorum assertionem probatum dedimus disp. 2. Papis. th. 35-39.

C

45. Sed

45. Sed age expendamus argumentum, quo firmare vis parem esse auctoritatem *Traditionis & Scripturæ S.* Ita verò videris argumentari à *Causa efficiente*:

Quicquid est *Scripturæ S. Testis, Custos, Interpres & plurimum gravissimorum Fidei articulorum, tum extra tum præter Scripturam (contra nunquam) propugnaculum, illud pari reverentia vel (uti loquitur Conc. Trid.) pari pietatis affectu in Ecclesia recipiendum est.*

Traditio Ecclesiastica est talis. Ergò.

46. Resp. 1. *Propositio tua fallit Elencho Causæ. Etenim Testem, Custodem, Interpretem, & hæresium domitricem esse non statim importat eam, quam Scriptura habet, auctoritatem. Nam rei alicujus Testis, Custos, Interpres, vindex non eandem cum ipsa re statim habet auctoritatem; neque testimonium, custodia, interpretatio, vindicatio rei mox eandem conciliat auctoritatem quam res testata, custodita, explicata, vindicata habet e. g. in Vet. Test. Prophetæ fuerunt CHRISTI Testes Act. 10, 43. Moses (& alii Prophetæ) fuit Legis divinæ custos Ex. 34, 28. Malach. 2, 7. interpres, Ex. 35, 1. vindex, Lev. 24, 11. Num. 15, 33. Ergò eandem obtinuit auctoritatem quam Jehovah? Sic in N. T. Discipuli & Apostoli Christi erant omnes Servatoris Testes Luc. 21, 63. Joh. 15. v. 27. Act. 1, 8. Apoc. 3, 14. Scripturæ Interpretes 1. Cor. 14, 5. Jehovah vindices Act. 5, 5. ergò eandem cum Christo, cum Scriptura, cum Jehovah habuerunt auctoritatem? Negat *Ἀποστόλων* Petrus Act. 3, 12. Sic in Humanis Consilarii sunt voluntatis Imperatoriæ & Magnatum Testes, eorundem Edictorum Custodes, sunt interpretes, sunt vindices. Ergò eadem quæ Imperator, quæ Electores, quæ Principes, pollent Consilarii auctoritate? Sic JCTI sunt Interpp. LL. Imperat. Rom. Ergò eadem gaudebunt auctoritate cum Imperatore Romano? Hanc nemo sibi arrogabit scio.*

47. *Assumptio* Syllogismi non uno scater errore. 1. *Confundit* Traditiones, quæ non una, sed duplex, & sic committit *Elenchum Disparatorum*. Etenim *Traditio alia* est divina vera, in *Scripturam* relata *Act. 6, 14. 1. Cor. 11, 23. 2. Theff. 2, 15.* quod & *Bellarmin. l. 4. de verb. DEI c. 1.* agnoscit. *Alia* verò *Ecclesiastica*, eaque ratione *Objecti vel Ceremonialis, vel Doctrinalis.*

48. De *Traditione* priori nimirum *Divina*, nulla est intra nos disceptatio: neque ulla de *Traditione Ecclesiastica* circa *Ceremoniarum ritus*. Fatemur enim *Apostolos* ritus quosdam, *liberos ad Διαξίαν καὶ Δι' ἁγιωσύνης* spectantes instituisse, qui in specie & sigillatim nec scripti sunt, nec perpetuâ necessitatis lege *Ecclesiis* impositi, licet genus, quod scil. omnia ad ædificationem fieri debeant, sit scriptum, *1. Cor. 14, 40.* quod etiam solum est necessarium. Sed de *Traditionibus Doctrinalibus* & quidem *Ecclesiæ* non tam prioris ac purioris, quam posterioris ac impurioris, videlicet *Papisticis* est *Quæstio*, quas *Pontificii præter, extra, imò contrà* *Scripturam* nobis pari pietatis affectu cum *Scriptura* acceptandas, & quasi gravissimos fidei *Articulos* agnoscendos nobis obrudunt. Quas *Traditiones* nequaquam recipere possumus cum 1. sint *Scripto DEI Verbo* adversæ. 2. *Pharisaicæ*. 3. *Hæreticorum* propria. 4. multis modis fallaces ac incertæ: & 5. nequaquam à *Christo* & *Apostolis* profectæ. Quæ singula membra roborata legat *Coppenstein* in *Exeg. tom. 1. D. Gerb. loc. 1. cap. 19. §. 394-399. a pag. 420-426.*

49. *Prævidens* & *subolfaciens Coppenstein*, crassum errorem *Papalem* excipit: *Traditiones illas esse quidem extra & præter, sed non contrà Scripturam.* At miserum effugium: Etenim 1. *Quicquid* in *Articulis fidei* est *extra & præter Scripturam*, illud etiam etiam est *contrà eandem*; *Deuter. 4, 2. c. 12, 32. Apoc. 21: 18, 19.* 2. *Apertè* tales tradunt *Pontificii Fidei Articulos*, qui ex propria eorundem *Confessione* sunt *contrà Scripturam* S. *vid. disp. Anti-Majerianam 10. th. 40. It. disp. 4. Anti-Pap. thes. 22.* Ergo

qui ejusmodi Traditio *invisita* hæresium omnium dominatrix & extirpatrix (ut ait *Coppenstein*) & non potius propugnatrix & altrix erit?

COPPENSTEINIUS pag. 4 & 5.

At verò *Lutheristarum* & *Calvinistarum* Concordia communis eam contrà nos perlequitur, execratur. Ergò vos estis *Luthero-Calvinistæ*. Vin testes? Do utrorùmque & Scholas, & Ecclesias totas, quæ ad Scripturam SOLAM provocant: Et tamen hanc certatim detruncant, scopant, copant. In quo utròque refutes meum *Luthero-Calvinistam* prius, quam novum monstrum *Papæ-Calvinistæ* confingas.

APOLOGIA.

50. Resp. 1. *Lutherani* verè & orthodoxè vestras præter & contrà Scripturam S. directas Traditiones execrantur, cum Apostolo Johan. Apoc. 22: 18, 19. & ad solam Scripturam provocant, cum orthodoxis Patribus, cum Jure Canonico, cum sanioribus Pontificiis, quos citavimus *th* 42. 2. *Calviniani* quando nobiscum seriò hoc faciunt, iidem rectè faciunt, & sic sunt *Luthero-Calvinistæ*, quando verò vobiscum plus fidunt Rationi, errant vestrum errorem, & sic dicuntur Jure *Calvino-Papistæ*. 3. Nos certatim Scripturam detruncare, scopare, copare hic dicis *Coppensteini*, sed non probas, unde tibi tuum (pag. 3.) repono: Age, doce sis.

51. Quod verò me remittis, *Coppensteini*, ad *Luthero-Calvinistam* ut eum refutem prius, quàm novum monstrum *Papæ-Calvinisticum* confingam, ad id rehero 1. me monstrum hocce non fingere, sed prout in se est saltem depingere: neque novum sed ab aliis modo delineatum; vid. supra thes. 15. 2. Quis potui tuum *Luthero-Calvinistam*, ante meum *Calvino-Papistam* refutare, cum *Calvino-Papista* edit. prioris integrum biennium præcesserit *Luthero-Calvinistam*? Prius non posterius, sed posterius prius refutet necessum est. Tuum igitur fuisse

fuisse

fuiſſet priùs *Calvino-Papiſtam* refutare, antequam *Luthero-Calviniſta* prodiſſet. 3. Neque eſt quod tanto operè tuo confidas *Luthero-Calviniſta*, cùm nil novi afferat, ſed veterem cramben, maximam partem ex *Bellarmin.* reponat. Atqui quoties *Bellarmino* à noſtris totaliter & partialiter eſt reſponſum? quoties ejus errores in apricum ſunt producti & reſutati? cum primis à *D. Gerh. noſtro*, in *Fomis Loc. Theol.* Sed quia me provocas ad certamen & examen tuæ ex *Bellarmin. Epitomes*, ſeu *Luthero-Calviniſtæ*, age ſtudioſè venabor proximam congregiendi tuo cum *Luthero-Calviniſta* (quem nil magis timeo quam *David Goliathum*) eundemque examinandi, & per *DEI* gratiam reſutandi occaſionem: En dextram fidemque!

C O P P E N S T E I N I U S pag. 5.

Demùm recitas in nos illud *S. Irenæi lib. 3. her. cap. 11.* Marcion totum rejiciens Evangelium: imò ſeipſum abſcindens ab Evangelio pariter gloriatur ſe habere Evangelium. Mutato nomine de te tuiſque *Luthero-Calviniſtis* hoc Teſtimonium verum eſt. Nam qui omnem rejicit Traditionem, is ſimul totum rejicit Evangelium: ut ex qua ſola creditur & tenetur Evangelium; & ſine qua hoc non eſt totum, non tutum, non tantum: At *Luthero-Calviniſtæ* traditionem rejiciunt, contrà nos: ergò & Evangelium, ut novi Marcioniſtæ.

A P O L O G I A.

52. Hic Te reperiffe putas non quod pueri in faba *Coppenſteini*, dum nos *Marcioniſmi* ineuſare tentas, ſed fruſtra tali Syllogiſmo à natura partium Totius *Essentialium* petito:

Quicumq; omnem rejicit Traditionem, is ſimul totum Evangelium rejicit.

At Lutherani Traditionem rejiciunt. Ergò. Majorem probas, 1. à Totius ex omnibus partibus conſtitutione, 2. ex Traditionis deſcriptæ Teſtificatione.

53. Resp. Syllogismus hicc & Materialiter & Formaliter peccat. *Formaliter*, quia I. est plane Sophisticus ludens *equivocatione vocis Totius*, quam Irenæus & ipsimet, quos acculat, Marcionitæ aliter, aliter verò Coppensteinus intelligit. Irenæus & Marcionitæ per totum Evangelium nil aliud quam verbum DEI scriptum intellexere: at Coppensteinus per totum Evangelium intelligit & Verbum DEI scriptum & non-scriptum seu Traditiones Ecclesiasticas: unde fiunt quatuor termini in Syllogismo. 2. Major Syllogismi loquitur de omni; Minor de non-omni Traditione, unde iterum vitium formale quatuor terminorum.

54. Materialiter peccat Syllogismus Coppensteinianus & quoad Majorem, & quoad Minorem.

55. Major ejusque probatio laborat I. *Equivocatione vocis Traditionis omnis*. Si Coppensteinus intelligit omnem, id est, non solum Ecclesiasticam, sed & verè divinam in Scripturas relatam Traditionem, tum eam concedimus; Sin omnem Ecclesiasticam tantum, tum eandem negamus. Vide supra tb. 47. 48. II. Laborat Elencho Definitionis Evangelii totius; dum Traditiones Ecclesiasticas venditat pro parte Evangelii integrante aut essentiali, quasi absque illa Evangelium non sit totum, non tutum, non tantum, quod est falsissimum. Scriptura enim in se absq; Traditionibus Ecclesiasticis, cum primis Pontificis, est perfecta, totalis & integralis. Imò quæ Traditiones Scripturam S. integrarent ac perficerent, cum eandem oppugnent, & non perficiant, sed (quantum in ipsis est) destruant, inficiant, interficiant, uti alibi ostenditur, & infra pluribus demonstrabitur. Et posito (nunquam concessio) Traditionem esse partem Evangelii: non tamen propterea sequitur: negatâ & rejecta una parte, statim totum rejici & negari. III. Laborat petitione principii manifesta, & atroci in Scripturam S. injuria: etenim unde probabit Coppenstein. ex sola Traditione Evangelium credi. Ecclesia primitiva de autoritate Scripturæ S. testatur *ἡ ἀρχαία ἐκκλησία* seu Ministerialiter, non autem Scripturæ S. autoritatem

COB-

confert & largitur *δικαστικῶς* Prætorie & Magisterialiter: aliud igitur est ex Ecclesiæ Testimonio Scripturæ auctoritatem nobis innotescere, aliud verò ex solo Testimonio Ecclesiæ eandem dependere: prius concedimus, posterius nequaquam. Ubi non possum non Coppensteinio Bellarmini sui verba opponere; quæ l. 3. de justis. cap. 3. §. At inquit. ita sonant: Probatio Ecclesiæ facit, ut omnibus innotescat, objectum illud esse re-
latum à DEO, & propter hoc certum & indubitatum, non autem tribuit firmitatem verbo DEI aliquid revelantis. Et auctoritatem Scripturæ nequaquam à Testimonio, multò minùs à sola Traditione Ecclesiæ dependere probari potest. 1. S. Scripturæ Causa & Essiciente Principali & Formali. 2. ab effectu. 3. ab adjuncto officio. 4. ab absurdo. 5. à Patrum, Juris Canon. Scholasticorum, & Pontificiorum saniorum Testimonio. vid. D. Gerhard. Exeg. Loc. de Script. §. 39-47.

56. Minor Syllogismi Coppensteiniani si de omni Traditione et Divina et Ecclesiastica intelligatur, à nobis negatur. Si de omni Ecclesiastica & quidem Doctrinali cum Verbo DEI pugnante, conceditur. Corruit igitur Conclusio, quæ nobis Marcionismum affricare studuit Coppenstein; cui hunc reponimus Syllogismum:

Quicunque neglectis & posthabitis Scripturis S. ad Traditionem cum Marcionitis provocant, illi hoc in puncto jure meritoque vocantur Marcionitæ.

Pontificii hoc faciunt. Ergò.

57. Atq; ita non novum hoc est Pontificiorum artificium, sed vetus, non solis Marcionistis, sed plerisq; hæreticis usitatum *πρὸς φύγην* prætermisso vivo Scripturæ fonte, lacunas Traditionum consecrari.

58. De discipulis Simonis Magi hoc testatur Irenæus lib. 1. cap. 1. & 17. de Valentinianis idem lib. 4. cap. 46. Dicunt in abscondito hæc eadem Salvatorem docuisse discipulos, non omnes sed aliquos, qui possunt capere: de Selgianis Epiphanius hæres. 39. de Archonticis, idem hæres. 40. de Severianis, idem hæres. 45. de Encra-

Encratitis, idem hæres. 47. de Bardesanistis, idem hæres. 56. de Montano Tertullianus lib. de veland. virginib. de Artemone Eusebius lib. 5. Histor. Eccles. cap. 28. de Basilide Clemens lib. 7. Stromat. pag. 353. de Carpocratianis Iren. lib. 1. cap. 24. de Prolemao hæretico Epiphanius hæres. 33. de Arianis Athanas. orat. 2. contra Arian. de Eutyche Concilium Calcedonense act. 1. & in genere de omnibus hæreticis Irenæus lib. 3. cap. 2. p. 169. Cùm ex Scripturis hæredici arguuntur, in accusatione convertuntur Scripturarum, quia non possit ex his inveniri veritas ab his, qui nesciunt Traditione, non enim per literas traditam illam, sed per vivam vocem, ob quam causam & Paulum dixisse, sapientiam loquimur inter perfectos, Quo eodem dicto Apostolico 1. Corinth. 2. v. 6. Bellarminus lib. 4. de verbo DEI cap. 8. ad infringendam Scripturæ perfectionem & stabiliendas traditiones abutitur, ut suum cum veteribus hæreticis consensum manifestum faciat.

59. **Et tantum pro Harmonia Papæ-Calvinistica
prima.**



DISP. II.

DISPUTATIO II.

PRO

CONCORDIA PAPÆ-CALVINI-
STICA IN LOCO DE SCRIPTURA S.
SECUNDA.

RESPONDENTE

CHRISTOPHORO ALTHOFERO Hersbr. Norico.

THESIS I.



In disputatione priori *Spongiam*
Coppensteinianam expressimus, quâ
Harmoniam Papæ-Calvinisticam primam in
Capite de Scriptura S. frustra abstergere co-
natus fuit. Præsenti disp. Harm. 2. ab omni
labe & absterione *Coppensteiniana* libera-
bimus.

COPPENSTEINIUS pag. 5. & 6.

Harm. II. de Vituperatione S. Scripturæ per Septena Convitia
Papæ-Calvinistica.

HIMM. I. MENDACII & ERRORIS arguunt S. Scri-
pturam utriusque. Pontificii, ut 1. Alb. Pigbins l. 1. Hier. Eccl. c. 2.
p. 8. Quis nos certos reddidit vera esse, & certa omnia, quæ scri-
bunt Marcus & Lucas de Christo, quæ non viderant, sed credide-
runt narrantibus aliis (nimirum ex Traditione & auditione
certa:) Item, de Matthæo & Johanne: tametsi credamus, quod
dictis adisq; Christi interfuerint: non tamen omnibus, quæ scripse-
runt. Potuerunt enim labi memoriâ & mentiri.

SPONGIA I. Abuteris testimonio, quod Traditionem pro-
bat: ex qua Evangelium prius à Christo prædicatum: deinde ab aliis
relatum; demum ab Evangelistis perscriptum, originaliter haberi

D

asse-

asserit Pighius. 2. Qui potuerunt labi memoriâ & mentiri? Evangelistæ dum scriberent: Nequaquam: ut ipse ex Papistis doces fol. 7. sed qui erant ipsis absentibus gesta narrantes. Hic tuum candorem desiderat Lector.

A P O L O G I A.

2. Non abutor Testimonio Pighii, sed uti illud bonâ fide cito (quod concedis Coppensteini) ita idem usurpo, ac eodem sensu non alieno, sed genuino ac Coppensteiniano utor. Annon Coppensteinii (& aliorum Papicoliarum) mens hæc est; Scripturam Propheticam & Apostolicam, absq; Traditione esse incertam, lubricam & fallacem? Quo argumento id probat Pighius? Quia Apostoli labi memoriâ & mentiri potuerunt, non aliter ac homo quivis, de quo David Psal. 116, 11. Rom. 3, 4. Quando verò Traditio Ecclesiæ accedit, tum demum veritatem & auctoritatem infallibem Scripturam consequi docet, verbis citatis Pighius, qui in Præfat. adfert. Hier. Eccles. gloriatur ad Paulum III. se toto libro primo adsertionis suæ demonstrasse, solam Traditionem Ecclesiasticam esse certam & inflexibilem rectæ intelligentiæ Scripturarum amussim, quâ illis non adhibita, velut plumbeam quandam Regulam esse. Idem lib. 4. c. 2. scribit; Omnis, que nunc apud nos est, Scripturarum auctoritas, ab Ecclesiæ auctoritate necessariò dependet.

3. Et hunc squalidum liquorem continet etiam Coppensteinii Spongia, quæ asserit: *Evangelium ORIGINALITER haberi ex Traditione.* Hic, quæso, Te expedias Coppensteini, quid intelligas hocce tuo ORIGINALITER: an Evangelii constitutionem, an verò ejusdem auctoritatem: utrobique falleris & quidem gravissimè, cum & constitutio & auctoritas Evangelii non à Traditione, sed ab uno autore DEO dependeat. Res siquidem quælibet à causa sua Procreante dependet. Deduco te ad absurdum.

4. Si Evangelium Originaliter à Traditione dependet. Ergò Traditio erit 1. illustrior & angustior, 2. certior, 3. efficacior, 4. dignior Evangelio: Ergò salus nostra potius à Traditione, quàm ab Evangelio dependebit. Ergò Evangelium erit

Finis

Finis & Effectus Traditionis Ergò res contestata seu tradita Originem & Principium suum habebit à tradente seu Testante: quæ omnia sunt absurda, imò maximam partem impia: quæque procul dubio hausisti ex tuo Bellarm. l. 4. de verb. DEI c. 4. ubi ait: *Nisi habeamus Verbum DEI non scriptum, nulla nobis erit fides.* item ex Lojolithis Dillingensibus, qui ita in Epist. 1. ad Timoth. *Sublatis, ajuunt, Ecclesiasticis Traditionibus: 1. Nulli sunt libri Canonici. 2. Nullum Verbum Dei certò constat. 3. Nulla vel incerta est DEI Ecclesia. 4. Nulla est utilis Christi promissio. 5. Nullus est Judex vel Regula discernendi doctrinam veram & falsam.* Similia habent Linda. Peresi. & alii quos vide disp. 2. Papif. th. 19.

5. Et quid palliare studes verba Pighii nimis clara, cum alibi Pighius mentem suam satis declaraverit, quantum scil. faciat Prophetarum & Apostolorum Scripta, dum l. 1. Eccles. hier. c. 4. ita scribit: *Si hujus doctrinæ memores fuissetus, hæreticos scil. non esse informandos vel convincendos ex Scripturis: Meliore sane loco essent res nostræ: sed dum ostentandi ingenii & eruditionis gratiâ cum Luthero in certamen descenditur Scripturarum, excitatum est hoc, quod, proh dolor! videmus, incendium.*

6. Sed ne de candore meo in posterum dubites, hoc in super tuum Pighium convitii in Scripturam convinco Argumento à Nominis Notatione deducto.

Quicumque de Apostolorum in scribendo veritate ac certitudine dubitat, imò eos labi & mentiri potuisse exertis asserit verbis, ille certè erroris & mendacii eosdem insimulat.

Pighius facit hoc verbis manifestis, dum dicit: *Quis scit certa esse omnia quæ scribunt & c. item potuerunt labi & mentiri.* Ergò.

7. Tu verò Coppensteini videris, quomodò tuam assertionem concilies, cum assertionem Pighii, qui simpliciter ait ita: *Evangelistæ potuerunt labi & mentiri.* Tu verò negas, querendo: *Qui potuerunt labi & mentiri?* Hinc argumentor.

8. Aut Pighii Affirmativa (*Apostoli potuerunt mentiri*) vera est, & Coppensteinii Negativa (*Apostoli non potuerunt la-*

bi & mentiri) falsa est: Aut Coppensteinii Negativa est vera & Pighii, vel utraque, est falsa. Ratio est, quia è duabus Contrariis Propositionibus, aut una est vera, aut altera (vel utraque) est falsa. Assume jam, Coppensteinii, quodcunque tibi libuerit, & vide an possis effugere, quin vel Pighium, vel temetipsum, vel vos utrosq; falsitatis arguas.

9. Pighio assurgit Matthias Majile suo cum Respondente M. Johan. Galgenmüller in disp. de una specie in Acad. Dilling. Anno 608. habita, ubi th. 48. hæc propudiosa leguntur verba: Ex quo Scripturæ S. verbo constat, quod D. Paulus rectè, & nõ perperam fecerit, dando Calicem Sacrum Laico præter Christi exemplum, imò & Apostolorum. Item: Ex quo Textu S. paginae demonstrant novatores, S. Paulum hac in re non fuisse reprehensibilem.

COPPENSTEIN. pag. 6. & 7.

HIMM. 2. Sleidanus l. 25. pag. 804. narrat: Lugduni sub annum 1553. Præfectus Regius Marsaco militari, è Scripturis multa recitanti, duos ajebat tantùm esse Evangelistas, Matthæum & Johannem. Reliquos enim duos, & Paulum centones tantùm consuisse: quòd, nisi Ecclesiæ Doctores eam Paulo tribuerent auctoritatem, se non pluris ejus facturum Epistolas, quàm Æsopi fabellas. Et; Paulus sibi testimonium ipse dicit.

SPONGIA. 1. Sleidanus, ut Lutheranus, in re narranda religionis est plerunq; vanus: proin hic ei quis credat lanus. 2. Esto fuerint hæc Præfecti verba: Sunt vera: Nam hi ex illis, seu post illos, scripserunt multa bene: nec tamen idcirco negantur esse Evangelistæ: nec Pauli Epistolæ dicuntur esse fabellæ: Sed militaris licentiæ hunc habuit sensum: S. Scripturas non credi, nisi ex Traditione: Sic autem iis creditis, porrò credi ex revelatione. Hic tuum Sleidaniq; candorem rursus desiderat Lector.

APOLOGIA,

10. Vah quàm frigidum, quàm frivolum tuum est responsum, quàm arida tua Spongia Coppensteinii? Quod si ego tam frivole, tam pueriliter rem seriam egissem, Deus bone, quo stylo oratorio & exaggeratione Rhetorica mihi acclamasses tuum miseret, pudetq; me tui. Sed hæc vestra est licentia Papalis, quâ pro lubitu nos sarcasticè perstringitis, & ad incrustandos &

&

& velandos etiam crassissimos & flagitiosissimos errores quidvis fingitis, pingitis.

II. Quo, quæso, argumento *Sleidani* Historiam in dubium vocas & negas? hoc scilicet quia *Sleidanus*, ut *Lutheranus*, in re narranda religionis est plerumque vanus, proinde hic ei quis credit sanus? Si ita argumentaretur (ut tua ὁμοιοτέλευτα augeam) vel *anus*, vel *beanus*, esset certe vanus & insanus. Tunc *Coppensteini* Historicam fidem lenociniis oratoris abolebis vel obscurabis? quam tamen non solus *Sleidanus*, sed alii etiam comprobant, vide *Dn. D. Bald. contra Pazman. pag. 418. ex Wolff. Cent. 16. pag. 623.* Age in syllogismum compingam hanc Rhetoricationem, & videbis quanti sit valoris, quanti ponderis. Ita verò vis ex Testimonio *Lutherano* arguere.

12. *Historicus Lutheranus in re Religionis plerumque est vanus.*

Sleidanus est Historicus Lutheranus. Ergò hic vanus & per Consequens, quis ei credet sanus?

Vel ita:

Sleidanus in re Religionis Historicus plerumque est vanus.

Sleidanus agit hic in re Religionis Historicum.

Ergò hic est vanus. Et per Consequens, quis ei credet sanus?

13. *Resp. Utérq; Syllogismus est vitiosus & Formaliter & Materialiter. Formaliter, quia plus est in Conclusionem, quàm in præmissis. Præmissarum fundamentum est particulare, quod plerumque, non semper, fiat: unde Conclusio indubitata haud prodit. Quis enim ferat ita argumentantem: Lutheranus Historicus (vel *Sleidanus*) plerumque seu interdum est vanus. Ergò & *Sleidanus* hoc in loco est vanus. Num *Coppensteini* mihi hoc concederes Argumentum:*

Monachi plerumque sunt πολυπράγμονες secundum illud:

Quicquid agit mundus Monachus vult esse secundus.

*Ergò & *Coppensteinius* est πολυπράγμων.*

14. *Materialiter peccat Syllogismus, quia Major est falsa, & petitione Principii laborat. Edoceat Coppensteinus Historicum Lutheranum (vel Sleidanum) in re Religionis plerumq; esse vanum & fallacem. Sed forsitan tuorum Historicorum ingenio nostros judicat. Scriptores enim & Historicos Pontificios ad stabiliendam sedem Romanam multa scribere vana & figmenta, quis est, qui nesciat, modò legerit Historiam Lombardic. Speculum Historiarum Vincentii Belluacensis, Miracula Bredenbachii circa Missam facta vel potius ficta. Legat, quæso, Coppensteinus sine stomacho die warhafftige Lügen Rauscheri à Reverendo & Clarissimo Dn. D. Caspar. Finck. germanicè edita Gießæ, An. super. Item: Dn. D. Christoph. Binderi Theolog. Scholast. cap. 9 à pag. 206-243. Lubet hic tantùm adscribere verba Gersonis pag. 4. in Declarat. quæ veritates sint credendæ de necessitate salutis? In sexto gradu, inquit Gerson, collocantur veritates, quæ tantùm modò faciunt ad nutriendam vel fovendam devotionis religiosam pietatem, quæ si magis inducuntur, ad inflammandum affectum, quàm ad instruendum intellectum, ubi pietas devota magis aspicitur, quàm veritas certa. Ubi hoc unum reprobat, si adesset assertionis temeritas, prius quàm elucidaretur, alio modo per Ecclesiam, vel rationem certam, ipsa veritas; aut si superstitionem, hoc est religionem superfluum & unam induceret. Unde sicut dicit Aristotel. quedam falsa esse probabiliora veris: ita nihil refert quedam falsa piè credi, nò quod eà ratione quæ falsa sunt, vel sciuntur esse falsa, credi possunt; Procul hoc à pietate fidelium: sed cadit existimatio vel pia credulitas, non super veritate vel falsitate, sed tantùm modò super apparentia & probabilitate, dum veritas vel falsitas ignota est. Respicit autem iste gradus legendas & miracula Sanctorum, vitas Patrum, visiones devotarum personarum, recitationes & opiniones sacrorum doctorum, quæ omnia suscipit Ecclesia, & legi permittit: non quod determinet talia de necessitate salutis esse credenda: sed quia proficiunt ad commovendos affectus pios fidelium, & in edificationem ipsorum, dum in talibus nihil de certitudine scitur esse falsum: quamvis etiam nesciatur illud certitudinaliter esse verum, quod oportet, nec ut tale credendum pro-*

pro-

proponitur: ita quod magis attenditur ad id, quod pia recogitatione fieri potuit, quàm illud quod factum est. Et hoc apud Oratores creberrimum reperitur, qui ex aliorum personis dicunt ea, non quæ personæ dixere, sed quæ dicere potuerunt: sicut in *Legenda B. Agnetis, & S. Sebastiani, & similibus* continetur, &c.

15. Sed quid opus est, ut *Sleidani* fidem historicam vindicemus, cum *Coppensteinius* sibi metipso contradicens hanc de *Præfeto Militari* historiam non tantum concedat, sed & defendat clypeo tum *Militaris licentiæ*, tum *Traditionis Ecclesiasticæ*; quod videl. *Præfetus* ista prolocutus fuerit, tum licentiâ quadam militari, tum non absolutè sed comparatè, in comparatione videl. *Scripturæ* cum *Traditione Ecclesiastica*, ubi *Scripturæ* autoritas extra *Traditionem Ecclesiasticam* apud homines nulla fit.

16. Sed utrumque *ἄνεσ Φύγετον* est nullum, imò blasphemum. Quis enim 1. *Militari Præfeto* hanc *Scripturam* traducendi, & *Apostolos* ac *Evangelistas* scabiosè irridendi, & ipsum *Spiritum S.* (autorem *S. Script.* primarium) blasphemandi licentiam concessit? Num *Spiritus S. Prophetæ, Apostoli, Evangelistæ* licentiæ militari propudiosæ subjacent? An verò *Rom. Pont.* Militibus hanc dat absolutam peccando licentiam planè *Satanicam*? 2. *Traditio Ecclesiastica* nequaquam autoritatem *Scripturæ S.* impertit vel largitur, sed de ea saltem testatur; unde *Testimonium Ecclesiæ primitivæ* est potius *suo modo Effectus*, quàm *Causa*, autoritatis *Sacræ Scripturæ* verè *divinæ*, quæ est *ἄξιόπιστος*, uti disput. 1. comprobavimus. Frustra igitur, *Coppensteini, meum Sleidaniq;* candorem rursus desideras, quem hætenus bonorum & candidorum nullus in dubium vocavit.

17. Ne verò imposterum *Sleidanus* vapulet à *Coppensteinio*, lubet huc apponere Verba *Johan-Bodini*, quibus *Sleidani* autoritatem & fidem historicam in *Method. Histor. m. p. 66. & 67. edit. Argentor.* ita commendat: *Sleidanus, Franciscum Regem, Ducem Saxonicum, Bellaium, Alasconem* verissimis ac propriis laudibus extulerunt, comparationes tamen odiosas rejecerunt, ac si quid est, quod cuiquam infamiam afferat, necessariis confirmant

mant

mant argumentis, aut obliquè rumoribus acceptum ferunt. Hoc verò commune illis est cum Guicciardino, Plutarcho, Machiavello, Tacito, ut multa multorum consilia fraudesq; quantumvis occultas in clarissimam lucem proferant. Fuit enim Sleidanus Francisci Regis interpres, & pro sua Repub. legationes sæpissimè suscepit. Cùm autem præcipuè de Religionibus (ut erat pius ac religiosus) scribere proposuisset, non modò Conciones directas & obliquas, sed etiam libros utrinq; de religione scriptos, quâ brevitate potuit complexus est: id quod multis fastidium parit, sed homini antiquitatis ac rerum magnarum avido nihil debet molestum videri.

COPPENSTEIN pag. 7.

HIMM. 3. Franc. Fev - Ardentius in refutat. Catech. Calvin. (citante Nigrino) inquit: S. Scriptura non est verbum DEI: quia in ea multa sunt falsa & mendacia, nec non cavilla.

SPONGIA. Nigrinus Lutheranus id affingit Fevardentio: viro S. Scripturæ veritatis ubiq; peracri defensori. 2. S. Scriptura aliorum falsa, mendacia, ut & adulteria, homicidia testatur multa, propria committit nulla. 3. Fac id excidisse Fevardentio, quod nondum do, quin & pluribus: at his oppono Catholicum Ecclesiæ sensum contrarium atq; consensum universalem. 4. Ipse pro te in partem tuam passim hoc in capite recitas, ex Pontificiis eximias Apologias Paræneticas pro S. Scripturæ veritate ad versus infandas Calvinistarum blasphemias, ejusdem. Hic tua tibi in contradictione, quæ constantia? Te un. plus credi velle Nigrino, quàm Papistarum consensui universo: te ex uno Fevardentio infonte arguere totam Ecclesiam: quis candor tuus hic est?

APOLOGIA.

18. Resp. 1. quod attinuerit hoc Nigrinus Fevardentio vix credo. Librum Fevardentii à Nigrino citatum, dum Calvinopapismum scriberem videre & legere mihi haud contigit, unde studiò Nigrinum verba Fevardentii recitantem allegavi nim. p. 593. de Implet. Legis. Nigrinus igitur hoc suum allegatum vindicabit, quia DEI beneficio adhuc in vivis. 2. Non novum est Pontificiis, Scripturam S. seu verbum DEI mendacii arguere, uti

uti

nti supra ex *Pigbio* demonstravimus, imò Verbum DEI pro verbo *Diaboli* (horresco referens) agnoscere. Hinc ita blasphematur *Hosius* lib. 3. de autor. Script. contra *Brent.* pag. 551. Proinde ait, quando aliquis *Scripturam* profert, qui non est *Catholicus*, non profert *Verbum DEI*, sed *Diaboli*. *Canis* p. 164. *Catech.* affirmat, *Diabolum* per eos loqui, qui *Scripturam* contra *Ecclesiam Catholicam* (*Romanam*) proferunt. Qua in parte *Papista* omninò *Calvinizant*, cum idem doceat *Keckerm.* l. 1. *System. Theol.* cap. 9. p. 194. inquit: *Nulli heretici & heterodoxi unquam citârunt, aut citant Verbum DEI.* Et hoc sensu forsitan intelligit *Dn. Nigrinus* hæc *Fevardentii* in *Refutat.* fid. *Calv.* art. 5. p. 227. verba: *Plurima sunt illic (in Scriptura) verba Diaboli, &c.* 3. Non est igitur quod *Coppenstein.* unum hoc *Fevardentio* excidisse retur, cum eandem *feram* reciprocârint *Pigbius*, *Hosius*, *Canisius*. ubi igitur *Catholicus Ecclesie Romanæ universalis Consensus*, quem crepat *Coppensteinus*? Unde 4. *mibi* non contradico, quando nonnulla ex *Papistarum* contraria dicta cito, sed *Pontificiorum* veluti fratrum *Cadmeorum* pugnam, *dissensum & manifestam contradictionem* ostendo, & quidem eo fine, ut demonstrem talem nequaquam esse *consensum Romanæ Ecclesie*, quam *Gnathones* sedis *Romanæ* sæpius jactitant & crepant, quâ de re *disp.* 1. pluribus actum.

19. Et cum *Coppensteinus* aliorum *Pontificiorum* sententiam contrariam vocet *eximiam*, quare *Pigbii*, *Hosii*, *Canisii*, *Fevardentii* non damnat, & publice falsitatis & blasphemie arguit & accusat, sed potius palliat & excusat? An ignorat illud, *Esa.* 5, 20. *Væ qui tenebras lucem & malum bonum vocant?* Forsan novit, *Scriptores Pontificios*, quando nobiscum loquuntur, hoc tantum dicis gratiâ & pro forma facere, sicuti etiam pro forma *Scripturam* sæpius commendant, & ad eam provocant, cum tamen eandem multis modis contemnant & labefactent. Unde *Pontificiis* nobiscum loquentibus, non tamen nobiscum sentientibus id applicari potest, quod *Fevardentius Calvinianis* objicit in *Confut. Catech. Calv.* c. 11. p. 270. *Simiarum*, more ait, *Ecclesie nostræ preces (phrases) imitari conamini, vel potius ut fures hanc formam ad vos rapere vultis.*

COPPENSTEIN. pag. 8. & 9.

HIMM. Calviniani produnt 1. Errores fidei magnos in Evangelistis & Apostolis fuisse. 2. Memoriam lapsos errasse, minusque appositè quædam citasse. 3. Datam operam præter veritatem in quædam scripsisse. 4. DEUM in verbo suo aliud mandare, velle aliud. Testes multi ex ipsis.

SPONGIA. 1. Calviniani, heu! nimis multa talia blasphemia vomunt. At similia & Lutherani multi: utrosque verò confutant, & anathematizant Papistæ: utriusque igitur estis Luthero-Calvinistæ Anti-Papistici: nos non Papæ-Calvinistæ: sed Anti-Luthero-Calvinistæ. 2. Docui in meo Luthero-Calvin. part. 1. q. 1. Vos utrosque junctim, casim, punctim, certatim in S. Scripturam vibrare virgam censoriam vestram Rhadamantæam: quin copare etiam & scopare: sed egestis vestris in eam ingestis. At eam nos propugnamus: Vos igitur estis Luthero-Calvinistæ, concorditerque discordes Anti-Papistæ.

APOLOGIA.

20. Resp. I. Nos similia dogmata de Scriptura S. blasphema cum Calvinistis & Papistis tradere Coppensteinus dicit, non docet & ostendit. Loca n. quæ in Luthero-Calvinista part. 1. q. 1. adducit & repetit p. 58. in Specul. Calvinio-Papist. excutiemus sub fin. hujus Loci de Scriptura S. & debito modo vindicabimus: unde patescet; an Lutherani, an potius Pontificii junctim, casim, punctim, certatim in Scripturam S. virgam censoriam Rhadamantæam vibrent: eandemque copent, scopent, egestis suis in eam ingestis. Num verò Scripturam annihilare, & omnibus modis labefactare, sic eandem propugnare ju dicet, qui judicare potest.

COPPENSTEIN. pag. 10.

HIMM. Pontificii etiam semetipsos suo jugulant gladio: Etenim 1. Si Pont. Rom. errare non potest: 2. Cum tamen vocacionem immediatam planè non habeat: Imò nec legitimam mediatam exhibere possit: quantò minus errabunt Apostoli? &c.

SPONG. Vos vestro isthoc jugulamini gladio sic retorto.

1. Quia

1. Quia P. R. errare non potest. 2. Quia vocationem immediatam à Christo habet. 3. Quia exhibet eandem: Idcirco errant ista negantes Lutheri-Calvinistæ. Vide in meo *Luthero-Calv.* par. 2. qq. 5. 6. 4. 10. 11. 14. 17. 19. 20. in *Anti-Christo.* par. 2. qq. 3. 4. 5. 10. 15. inq. *Genealogia* p. 2. q. 2.

A P O L O G I A.

21. Resp. 1. Generaliter: *Coppensteinium* extra oleas vagari. Non enim hic *Quæstio* est; an *Pont. Rom.* errare possit? Siquidem hoc veluti hypothesein Pontificiam præsuppono, unde arguo à minori ad majus Syllogismo hypothetico tali:

Si *Pont. Rom.* est erroris expertus; multò magis erunt *Apostoli* erroris expertes.

Verum *Antecedens* ex hypothesei Pontificiorum.
Ergò & *Consequens*.

22. Ratio *Connexionis* est, quia *Apostoli* habuerunt immediatam vocationem à Christo, quam R. P. non habet. Ergò *Coppensteinius* non debuisset probare hypothesein hanc (P. R. errare non potest) quam hic tanquam veram pono (at non concedo) sed debuisset infringere Syllogismi hypothetici Connexionem, si potuisset; & formaliter disputare, si voluisset aut valuisset.

23. Specialiter Resp. 1. *Coppensteinium* merum petere principium, & idem per idem probare & hic, & in *Luthero-Calvinista* (quem tanquam *Ajaxis* clypeum nobis passim obvertit) quod paucis strictim ostendo.

24. Nam 1. Pontificem errare non posse nullo probat hic argumento, sed nudè affirmat; neque par. 2. *Luthero-Calv.* q. 14. p. 168 neque par. 2. *Anti-Christ.* q. 5. p. 40. ullum fundamentum pro immunitate erroris Papalis adducit: sed tantùm citat & ingeminat illud, *Luc. 22. Simon, Simon &c. Matth 16. super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Item *Joh. 21. Pasce oves meas.* Ad quæ dicta jam sæpius à nostris responsum, in illis committi 1. *Petitionem principii.* Nam nunquam evincunt Pontificii, his verbis soli Petro universale Regimen esse concessum.

2. *Elenchum Comparatorum, & Consequentia*: inter Petrum enim & Pont. Rom. quæ Comparatio, quæ Similitudo, & quænam à Petro ad Pont. Rom. Connexio, quæ Consequentia?

25. De P. R. errore cognoscat Coppenstein hæc verba *Juris Canon dist. 19. ubi appendix Canon. Secundum 8. ita habet: Quia ergò (Anastasius P. R.) illicitè & non Canonice, sed contra Decreta Prædecessorum & Successorum suorum hæc rescripta dedit, ut probat Felix & Gelasius, qui Acatium ante Anastasium excommunicaverunt, & Ormisda, qui ab ipso Anastasio tertius eundem Acatium postea condemnavit, ideò ab Ecclesia Romana repudiatus, & à DEO percussus fuisse legitur. Dist. 21. c. Nunc autem. Nicolaus Papa testatur, quod Marcellinus Papa Idolis sacrificavit. Hinc ita autor oneris Ecclesiæ c. 19. §. 4. Ecclesia quidem à Spiritu S. regitur, sed ejus Rectores tanquam homines fragiles, quandoq; à Spiritu maligno exagitantur. Ita Papa Liberius Arrianæ hæresi consensit. Ita femina Agnes, quæ ultra biennium Papatum occupavit, impregnatur ac palam peperit prolem, unde non omnis Papa est sanctus, sed aliquando ceu reprobatus punitur. Item Ambros. Catbar. in c. 2. ad Gal. Nihil prohibet, inquit, Papam errare etiam in fide ac deficere, etiamsi quidam novitii Scriptores ausi sunt oppositum defendere, præter Communem sensum Doctorum Bellarm. l. 4. de Pont. Rom. c. 2. §. Secunda sententia. Papam errare posse tenuerunt Doctores Parisienses, ut Gerson, Almain, & Papa Adrianus VI. Si errare non potest Pontifex, Adrianus ille non erravit statuendo Pontifices errandi periculo obnoxios esse. Vicissim si Papa Adrianus erravit hocce asserendo, denuò consequitur Pontificem errare posse.*

26. Papam habere & exhibere posse vocationem à Christo immediatam nobis Coppensteinius nunquam persuadebit suis frivolis & frigidis ratiunculis, quas adducit par. 2. Lutherocalvin q. 10. p. 164 par. 2. Antichrist. q. 3 c. 38. & par. 2. Genealog. q. 2. p. 199. quia videl. 1. Petrus fuerit 25. annos Episcopus Romæ Universalis. 2. Quia Petro successerint & adhuc succedant continue R. Pontifices.

27. Ad Rationem enim priorem respondimus jam an-

te in illa committi 1. *Petitionem principii & Elenchum Testimonii*, Probetur vel ex unico probato autore, *Petrum* fuisse annis 27. *Præsulem Roma. & quidem Universalem*. Testimonia enim, quæ *Coppenstein par. 2. Luthero-Calvin. quæst 8. ex Baronio. Bzovio, & proprio suo cerebro adducit nobis merito sunt suspecta, & fidem nullam merentur, cum contrarium firmissimè ex Scriptura, ex Historia Ecclesiastica, ex S. Patribus demonstrari queat, qua de re legatur Diss. Dn. D. Hütter. p. m. habita Witeberg. Anno 607. de his Quæstionibus 1. Fueritne *Apostolus Petrus Ecclesie totius Caput & Princeps?* 2. An *idem, ut Pontifex & Episcopus Universalis, sedem Romæ & quidem annis 25. tenuerit?**

28. Ad rationem posteriorem, quam petit *Coppenstein* à *successione Petri* itidem antè respondimus, nullam esse à *Petro ad Pont. Rom.* sequelam. Quæ enim *Consequentia hæc:*

Si Petrus fuit Episcopus, & quidem Universalis Ecclesie. Ergo & talis est Pont. Rom.

Verum Antecedens. Ergo & Consequens.

29. Nam 1. in hoc syllogismo nulla est ratio *Connexionis*, siquidem posito non concessio *Petrum* fuisse *Episcopum Universalem Roman.* quo jure eadem autoritate *Pontifex Roma.* gaudebit? Num *jure successionis* in locum? Atqui non semper, qui succedit in locum, succedit etiam in jus, autoritatem & officium. *Non sunt filii Sanctorum, qui tenent loca Sanctorum, sed qui exercent opera eorū. Can. Non est facile dist. 40. ex Hieronymo. Vel an jure divino?* Atqui ipse *Coppenstein* hoc non disertè affirmat, sed trepidè ac tepidè suum *FORTE* hic adhibet *par. 2. Genealog. q. 2. p. 199.* scribens: *Solum verò Pont. Rom. succedere Petro debere est de Fide certa, & Fortè de jure divino. Et forte imò verè, Coppensteini, non est. Si enim esset, quare jus divinum non allegas?* 2. quid quod *dubitative & forte* est de jure divino, *Fide certa* credam? *Fides certa certo nititur DEI verbo, quod ubi non produxeris, utique fides tua titubabit & labascet. Audi verba Bellar. l. 3. de justif. cap. 8. Non potest, ait, aliquid certum esse certitudine fidei, nisi aut immediate in verbo DEI, aut ex verbo DEI per evidentem consequentiam deducatur. Fides enim non est, nisi verbi Divini autoritate nitatur.*

30. *Assumptio Syllogismi Connexi propositi petit principium uti modo dictum. Si enim Petrus Romæ Præulem egisset, utique id jussu Christi fecisset, & de eodem, vel alii probati scriptores. Atqui hoc ipsemet asserere non audes, dum iterum tuum FORTE usurpas in Genealog. p. d. ubi ita ais: Petrus enim Romæ sedem fixit, & FORTE Christi jussu. Et Forte non Coppensteini, tò enim fortasse, solvitur per non-fortasse. Vanus proinde est hicce tuus Syllogismus, quem p. d. ita formas.*

31. *Quicumque Petro succedit, is accipit à Christo Pontificatum Petri. Atqui Rom. Pont. Petro succedit. Ergò Major enim & Minor petunt Principium. Ergò Conclusio nulla. Et tantum de Convitio 1.*

COPPENSTEIN pag. 11. 12.

HIMM. Convitium II. Incertitudinis.

Pontificii cum Calvinistis arguunt incertitudinis S. Scripturam. 1. Quia Apostolos ajunt scripsisse absque mandato divino. 2. Centones, solæcismos, fabulas & nugamenta edidisse. 3. Multa in S. Scriptura suspecta & incerta fidei esse. Ita testes utrorumque multi.

SPONG. *Fingis. Ad I. Apostoli scripserunt absq. mandato, Literali certum est; vocali: forte: sed minime absq. inspirato, Ad II. Blasphemia est hæc: Et illud Lugdunense, fabula facti: aut facti veritas, in sensu supra dicto. Ad III. Terentius laudat eos solæcismos, ut sanctos & venerandos. Bembum Alesius recte culpatur. Goropius S. Traditionem commendat, ut S. Scripturæ indicem, vindicem, judicem. De Leone dicitur duo, non doces; nec docet bis è Classico.*

APOLOGIA.

32. *Resp. I. Gratias Coppensteimo habemus pro hac ingenua confessione, quâ concedit Apostolos minime absque mandato inspirato scripsisse. Hoc enim & nos docemus ac urgemus ex 1. Tim. 3, 16. 2. Pet. 1, 21. Hinc à causa Efficiente Principali impellente arguimus.*

Quicumque impulsu & inspiratione divina permoti ad scribendum accesserunt, illi ex mandato & voluntate divina scripserunt.

Atqui

Atqui *Evangelistæ & Apostoli impulsu & inspiratione divina permoti ad scribendum accesserunt*, Ergò ex mandato & voluntate divina scripserunt. Major liquet inde, quia in Sanctis Dei hominibus mandatum exterius, & impulsus interior æquiparantur, Quid enim aliud est *divinus ille impulsus*, quàm mandatum *internum & occultum*, ejusdem omninò autoritatis & ponderis cum mandato externo & manifesto? Neque *Propheta* in Vet. Test. semper acceperunt *externum & expressum* mandatum scribendi, & tamen *Scriptura* ipsorum ex mandato Dei profecta est. *Ose. 8, 12. Minor* patet non solum ex locis adductis *2. Tim. 3, 16. 2. Pet. 1, 21.* sed & ex *Confessione Coppensiana*, Ergò stat Conclusio.

33. Quod verò, *Coppensieini*, hinc distinguis inter mandatum *internum seu inspiratum*, & inter *externum seu literale* si ve *vocale*; illud concedis, hoc negas tum implicite, ratione nimirum mandati *Literalis*, tum dubitanter ratione mandati *vocalis*: in eo 1. à scopo *Quæstionis* deflectis. Neque enim disputamus de *Speciali* Mandato, tum *literali* seu *scripto*, tum *vocali* sed de Mandato in *Genere*, si ve illud sit *Externum*, si ve *Internum*. Quis n. unquam nostrum urfit mandatum *literale*, quod neq; *Propheta* neque *Apostoli* habuere, neque de mandati *essentia* est. Etenim is qui *interno Spiritus S.* instinctu vocatus est, æquè habet mandatum *divinū*, ac ille qui habet mandatum *literale* seu *scriptum*: 2. Neq; etiam *Propheta* in Vet. Test. semper acceperunt *externum & expressum* mandatum scribendi; quis verò illos *absq;* divino mandato, ac proprio quodam instinctu ac motu scripsisse statuet? 3. *Coppensieinus* dubitat de eo, cujus rei in *Scriptura S.* aperta reperiuntur Testimonia. Dicunt enim *Apostolos* scripsisse *Fortè* absque mandato *vocali*: Quod nos negamus & dicimus, *non fortè*, sed *certò* scripsisse ex Mandato *vocali*, tum *Generali* *Matth. 28, 19.* tum *Speciali*. *Apoc. 1: 11, 19. cap. 2, 1. cap. 3, 1. &c.* quo de paulò post uberius? Neque hoc simpliciter negare audeat *Coppensiein*, ideò suum hinc iterum *Fortè* adhibet.

34. Videat verò *Coppensiein* quí concilietur cum *Bellar-*

m. B.

min. Costero, Pistor, Ribera, Linda. quorum verba allegata sunt p. 8. b. *Papa-Calvin.* qui hoc effugio de Mandato DEI externo sive vocali, sive literali & interno seu inspirato non utuntur, sed quodvis mandatū scribendi in Apostolis, & externum tūc *Literale* (de quo non litigamus) tūc *vocale*, (quod *Coppenstein* non absolute negat) & *internum* (quod *Coppenstein* simpliciter concedit) simpliciter negant, quod tali probamus Syllogismo:

35. Si *Natura verbi Evangelici à Scripturis & literis plane abhorret; Linda l. 1. Panopl. c. 23. 2. DEUS Ecclesiam suā à Scriptura pendere & mysteria sua Scripturae Committere noluit, Coster p. 43. Encbirid. 3. neq; Apostoli ex DEI mandato & ex proposito scripserunt; Pistor p. 32. & 33. Hodeg. 4. neq; Apostoli tale habuerunt Mandatum scribendi, quale habuerunt totam terram (quod vocale omninò mandatum fuit) docendi; Bellarm l. 4. de V. D. c. 4. Ergò sequitur Apostolos non solū scribendi mandato divino Literali: sed & mandato vocali, tam externo, quā interno seu inspirato caruisse, & nullum scribendi Mandatum habuisse. Atqui verum Antecedens ex sententia Pontificiorum allegatorum. Ergò & Consequens. Porro argumentamur ita:*

36. Quicūque Apostolos ex Mandato interno & forte etiam externo vocali dicit scripsisse, ille contradicit illis, qui asserunt Apostolos nullo plane ex Mandato scripsisse.

Coppensteinius dicit Apostolos ex Mandato divino interno & forte vocali externo scripsisse.

Ergò contradicit illis qui asserunt Apostolos ex nullo Mandato divino scripsisse, quod asserit *Bellarm. Coster. Pistor. Linda.*

37. *Lugdunensis* blasphemiam non esse fabulam ficti, sed veritatem facti sensu planè impio, supra ostentum. *Pererium Solæcismos*, quos *Paulo* affingit, non laudare, liquet ex ipsismet *Pererii* verbis, quæ in *Prolegom. super Epist. ad Roma. disp. 2.* ita sonant: *Quæramus*, inquit, nunc de *Pauli* eloquentia. Duæ sunt eloquentiæ partes: quarum una versatur in electione optimorum verborum, eorumq; apta & numerosa collocatione, atq; in elegantia quadam & concinnitate dicendi, & in quibusdam illustribus verborum

borum figuris. Hanc partem eloquentiæ fatemur non esse in Pauli Epistolis, imò in his reperimus hyperbata longa & obscura, & solœcismos, & orationis defectus, atq; reduntantias & verba plebeja, trivialia, nec non & incomptam atq; inornatam dictionem. Quamobrem obtrectatores Pauli, qui erant Corinthi dicebant de Paulo, sicut ipse refert in c. 10. secundæ ad Corinth. Epistolæ, inquit, graves sunt & fortes: præsentia autem infirma, & sermo contemtibilis. Quin etiam Paulus ipse in seq. cap. ejus Epistolæ ait, se imperitum sermone, sed non scientia. Exemplum hyperbati reperies initio Epist. ad Rom. Solœcismi in c. 6. ad Gal. & ad Eph. 3. reduntantiam orationis ad Eph. 1. Irenæus lib. 3. c. Hyperbatis, inquit, frequenter utitur Apostolus propter velocitatem sermonum suorum, & propter impetum, qui in ipso est spiritus. Cujus rei exempla subdit ex Epistolis Pauli. Orig. lib. 6. Comment. in Epist. ad Rom. superfluum est, inquit, ornamenta quærere sermonis in Paulo, quippe cum id illi curæ non fuerit.

38. Goropius Traditionis ne quidem verbulo meminit, sed potiùs Epicuræum Scripturæ S. contemptum suo tempore in ipsa quoque Roma vigentem justo dolore reprehendit, & id quod etiam nunc hodie de Pontificatu conquerimur, deplorat, uti verba ejus l. 1. Hispan. (referente Friderico Tileman. in discurs. hist. pag. 139.) sonant; Non est quicquam, inquit, faciliùs quàm omnia illa, quæ de creatione mundi, de diluvio, de arca Noæ, de Noachi posteris scribunt, non apud imperitam modò plebem, sed apud eos etiam, qui Romæ sibi literarum nomine plurimùm placent, in calumniâ rapere, & quæ in summa nobis sunt veneratione habenda, veluti prima nostræ fidei fundamenta, ea in suspitione adducere anihili fabularum. Frustrà se exercent quæstionibus Theol. Scholæ, si prima S. Scripturæ exordia pro nugamentis habentur: ut haberi à plurimis non de relatu à longinquo didici, sed creberrimè audiui ex ipsis, qui (proh dolor) se huic jam impietati obnoxios fatebantur.

39. De Leone X. qui fingerem id, quod est decantatissimum & omnibus notum, tritum item & vulgatum, De eo ita Baptist. Mant. canit:

Venalia nobis
Templa, Sacerdotes, altaria, sacra, Coronæ,
Ignis, thura, preces, cælum est venale Deusq;

F

COPe

COPPENSTEIN. pag. 12.

HIMM. Apostoli ex mandato DEI scripserunt: 1. Apoc. 1. & 14. Scribe, quæ vidisti.

SPONG. Trinus is. Nam jussus unus, non est omnes.

APOLOGIA.

40. Resp. Primum Syllogismi mei membrum concludit recte a Pari: Quemadmodum enim Johannes habuit mandatum scribendi: ita procul dubio & reliqui Apostoli mandatum habuere. Similium enim seu parium, eadem seu par est ratio. In Scriptionis enim opere par est ratio Johannis & reliquorum N. Test. Scriptorum, cum omnes ex divina inspiratione (1. Timoth. 3, 15.) scripserint, quæ expresso & diserto mandato hic æquiparatur. Simile exemplum occurrit Mar. 13, 37 ubi Christus ad Discipulos: Quod vobis dico, omnibus dico. Et num solus & unus Johannes habuit mandatum scribendi vocale & expressum Coppensteini, an non tale quoq; habuit Paulus & Barnabas? Act. 15: 28, 30.

COPPENSTEIN. pag. 12.

HIMM. 2. Matth. 28. Docete omnes gentes: ubi sub doctrina Scripturam & omne docendi medium includit.

SPONG. Ubi scriptum id est? Fictum audio.

41. Resp. 1. Κατ' ἀνθερωπον: Christoph. Maierus Lojolita Viennensis Controv. 8. pag. 207. dicit: Vocem esse seditiosorum propriam hanc: ubi est scriptum? ubi est scriptum? Atqui hac voce utitur Coppensteinius hic. Ergo Judice Maiero, Coppensteinius erit seditiosus. An Coppensteinius sequelam Maieri concedat, ipse dispiciat & cum Maiero transigat, licem hanc non est componere nostrum. 2. Κατ' ἀλήθειαν: Ubi scriptum id sit, cur quæris Coppensteini, cum locū signārim ex Matth. 28, 19? Verba etiam pueris nota hæc: Docete omnes gentes. Quibus verbis mediū quodvis docendi legitimū includi, ita (ne audiam; Fictum est.) probo: Quicūque vult finem, ille etiam vult media ad finem ducentia & tendentia. ἑσθηλον.

Atqui Christus Matth. 28, 19. vult finem, nimirum docere omnes gentes.

Ergo etiam vult media docendi legitima ac necessaria.

42. Jam verò Media alia docendi non sunt, quàm & vox viva

viva

viva, & Scriptura. Voce vivâ instruimus tantùm illos, qui sunt nobis præsentes; Scripturâ verò instruimus ac docemus & vivi & mortui tam præsentes quàm absentes. Atqui Apostoli debuerunt docere non aliquas, sed omnes Gentes, non solùm vivi, sed etiam vita defuncti; uti & nos bodie docent & erudiunt ad salutem, videl. Scriptis suis, seu Scripturâ S. 2. Tim. 3, 15. Hinc igitur ab Objecto à Discipulis Christi informando universali & ratione loci ac ratione omnium temporum generali, ita argumentamur:

43. Quicumq; jubentur docere omnes gentes, illi etiâ jubentur doctrinâ suam scripto, seu Scripturâ cõplecti. neq; enim omnes gentes, etiâ temporis futuri, vivâ voce absq; Scriptura doceri poterant.

Atqui Apostoli jubentur docere omnes gentes. Ergò,

44. Excipis forsan ita: Si ex Christi verbis evinci posset, mandatum Scribendi Apostolis fuisse datum; Consequens fore, quod debuerint omnes scribere, cum omnes ex æquo hoc mandatum acceperint. Resp. Negando Consequentiam. Mandatum hoc toti Apostolorum Collegio, ac venerandæ dodecadi fuit datum. Sufficit ergò quod quidam illorum scripserint, quorum Scripta reliqui suo suffragio confirmârunt, & auditores suos ad ea remiserunt. Mandatum prædicandi pertinebat non solùm ad universos, sed etiam singulos; sed scribendi mandatum à quibusdam duntaxat executioni fuit dandum, cum non fuerit necessarium omnes ac singulos scribere, quod ipsum ex peculiari Dei instantiâ & familiari Sp. S. alloquio cognoscere potuerunt.

COPPENSTEINIUS pag. 12.

HIMM. 3. Sunt jussi scribendo testari: Act. 1. Eritis mihi testes. Johan. 21. Discipulus ille testatur de his, & hæc scripsit. Apoc. 1. Beatus qui legit. Joh. 5. Scrutamini Scripturam. 1. Tim. 4. Attende lectioni, S. Scriptura est θεοπνευστή: Est mediam fidei. Ita Patres & Pontificii.

SPONG. Fingis. Nam jussi sunt testari: at non scribere. Cætera negatur consequentia. S. Patres & Pontificii mandatum vocant divinam inspirationem internam: non vocalem, non literalem. Unde cætera benè prolixèq; Himmelius. Certè non intolerabilia. Ecce hic Concordiam Papa-Lutheranam. At Calvinistæ in eo sunt Apisti.

APO.

APOLOGIA.

45. Tu *Coppensteini* me talia fingere fingis, & crassum, rûm errorem Græcanicum in voce θεοπνεύση pro θεόπνευσ (uti habet mea *Harm. p.ii.*) rûm *Oppositorû* Elenchû committis, dum ita excipiendo argumentaris: *Apostoli jussi sunt testari, at non scribere. Num Scriptio & Testatio sunt contraria, an nō potius subordinata?* Agnoscis utiq; *Scripturam S. pro divina Scriptura.* Atqui hæc dicitur & *Scriptura & Testamentum Vetus ac Novum,* quia videl. de *DEI* essentia & voluntate testatur. Num *Testimonia omnia sunt vocalia,* & annon plurima *scripta & literis commissa?* Ceterûm ne amplius neges *Consequentia* ex officio *testandi* ad officium *scribendi* Apostolicum, eâ hoc ostendo Syllogismo:

46. Quorum officium est non solum viva voce prædicando, sed etiam scribendo de Christo testari, illorum Scriptura à divino mandato originem trahit.

Apostolorum officium erat tale. Ergò,

47. Propositio est clara; quia nisi illa *Scriptura* esset divina, & à divino mandato profecta, utique nec *testimonium* esset divinum, quod αθεόλογον. Assumptio perspicua ex *Job. 15, 27. Vos perhibebitis de me testimonium;* adde *Actor. 1, 8. Actor. 10, 41.* Quomodo verò *testificati* sunt de Christo? nūm sola prædicatione, an verò etiam *scriptione?* Respondet *Emphasis* dictorum *Scripturæ, Job. 21, 24. Hic est Discipulus ille, qui testimonium perhibet de his,* & scripsit hæc, & scimus, quia verum est testimonium ejus, *Apo. 1, 2. Johannes testificatus est verbum DEI & testimonium Christi & quæcunq; vidit v. 3. Beatus qui legit & audit verba Prophetiæ hujus.* Peculiariter notandus locus insignis, *Job. 1: 3, 4,* ubi tres Apostolici officii enumerantur partes, videl. 1. *videre & audire;* 2. *annuntiare;* 3. *insuper scribere;* & additur *finis* *scriptionis,* qui divinam ejus originem comprobat. *Quod vidimus & audivimus, annuntiamus; vobis & hæc scribimus vobis, ut gaudium vestrum sit plenum.*

48. De frivola *distinctiuncula* tua, inter *mandatum externum* *vocale & literale,* & *internum seu inspiratum,* egimus *suprà.* Unde patescit, quænam sit hîc *Concordia discors* *Papæ-Lutherana.* Sed de *scribendi* *Apostolorum* *mandato* ex professo pluribus egimus in

Papæ-Calv. p.10. It. disp. Anti-Pap. 3. th. 15-19. It. disp. 10.

Anti-Maier. th. 67. & seqq.

DISP. III.

Σὺν Θεῷ

DISPUTATIO III.
 ANTI-COPPENSTEINIANA
 DE SCRIPTURA SACRA,

RESPONDENTE

M. JOHAN. ZEISOLD *Altenburgô-Misnico.*

THESIS I.



Uper Convitia Harm. nostræ
 II. Papisticæ priora duo de *Scriptura S.*
 ab excusationibus & exceptionibus Coppen-
 steinii vindicavimus, nunc quæ restant hoc
 in cap. expediemus.

COPPENSTEIN pag. 13.

HIMM. Convitium III. *Inefficacia & Nullitatis.*

Pontificii impingunt *S. Scripturæ* notam. Quia vocant
 eam literam mortuam, chartaceam: pennam anserinam, ina-
 nimem, mutam, inefficacem: *Lutheranos Theologos* atramen-
 tales. Testes singulorum multi.

SPONGIA. Ita est materialiter in litera signi: non in re si-
 gnificata, aut formaliter hucq; valent testes. Redèq; doces ex iisdem
Pontificiis, *S. Scripturam* esse organum fidei concipiendæ: sanctifi-
 cationis & instructionis. Ecce Concordiam Papæ-Lutheranam.

Calviniani fateor, sunt blasphemii & in voce & stylo, &
 mente sequiore. Atqui ad illam Materialem Lutherani & Calviniani
 provocant: sensum ejus & interpretationis Traditæ consensum de-
 spuunt, subruunt: ingeruntq; novatum. Teste *Luthero-Calv. meo*
p. 1. qq. 1. & c. Ergò ambo sunt *Luthero-Calvinistæ*. *Papistæ* verò
 contra eos & literam originalem, & sensum literalem tuemur: Ergò
 sumus *Anti-Luthero-Calvinistæ*.

G

APO-

APOLOGIA.

2. Resp. I. Hanc ipsam vocis *Scripturæ* acceptionem erroneam, quã per *Scripturam* multi Pontificiorum intelligunt tantum externam vocum picturam seu (uti nonnulli vocant) materiale vel potius formale externum, ex-professo refutavi *Disp. 3. Anti-Pap. th. 4-9. Quo Coppenstein. remitto.*

3. II. Falsum est Lutheranos ad solam Materialem *Scripturam* provocare; provocamus ad totam seu integram & Materialiter & Formaliter consideratam *Scripturam*. Neque sensum ejus & interpretationis Traditæ orthodoxæ, & ex ipsius *Scripturæ* *συναφεία* petitæ despuiimus, vel subruimus, sed amplectamur illos Interpp. qui cum *Hilario* dicunt lib. 1. de *Trin. p. 7. Optimus Scripturæ Lector est, qui dictorum intelligentiam expectat ex dictis potius, quàm imponat, & retulerit potius, quàm attulerit, neq. cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem presumerit intelligendum.* Et cum *Hieronym.* in cap. 23. *Matth. Quod de Scripturis autoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur, quã probatur.* Quæ verba ita recitat 4. *lend. d 2. quæst. 1. art. 1. Concl. 4. Quod de monte Scripturarum non descendit, eadem facilitate contemnitur, quã approbatur.*

4. III. *Papistas* verò contrà nos & literam Originalem & sensum Literalem seriò tueri, credat *Judæus Apella*. Quomodo enim literam Originalem tuerentur illi, qui Originalem linguam impurè fluere, & corruptam esse docent, uti *Convit. 6. ostendi.* Et quomodo Tu Linguam V. T. Originalem, h. e. *Hebræam* defendas, cum pag. 16. linguæ *Hebraicæ ignorantiam* profitearis? Et quomodo sensum Literalem defenderent (dicis gratia quidem *Bellarmin.* id facit, l. 3. de verb. *DEI c. 3.*) ii qui Propheticos & Apostolicos libros non juxta mentem Spiritus S. in & per *Scripturam* loquentis, sed juxta mentem *Ecclesiæ Catholicæ* in *Concil. Trident. explicatam Verbum DEI & regulam fidei* esse, cum *Bellarmin. l. 1. de verb. DEI c. 1.* garrunt; imò qui cum *Hosio p. 44. de verb. DEI blasphemant: Scripturam non eo in sensu, quem Romana Ecclesia amplectitur, proferre, non esse expres-*
sum

sum DEI, sed expressum Diaboli verbum proferre: vide Papa-Calv. par. 1. c. 1. bar. 1. p. 5.

COPPENSTEIN. pag. 14.

HIMM. Convit. IV. Obscuritatis.

Pontificii arguunt S. Scripturam. Testes multi: Pariterque Calviniani: Testes multi. At contra utrosque S. Scriptura, S. Patres, ipsique Pontificii & Calviniani multi. Ergo lunt utrique Papa-Calvinistæ.

SPONGIA. Pontificii obscuram quandòq; asserunt, non arguunt: Calviniani verò culpant, factaq; vi distorquent. Liqueat nube testium utrorumq;, quos recitas. At communis Calvinistarum est eadem, qua Lutheranorum contra nos. Vide in meo Luthe-ro-Calv. p. 1. q. 2. Ergò sunt isti Luthe-ro-Calvinistæ. Ibidem vide, quas pro claritate Scripturas adducis: valere aut in partem Scripturæ claræ: aut in clarum quatuor ejus sensuum unum aliquem. Atque eatenus eas tibi largior ultrò contra tenebriones, contra Luciferianos: quos inter semper medium tenuisse Papistas ajo. Tametsi quidam oratorie nimis amplificent obscuritatem.

A P O L O G I A.

5. Resp. I. Ipsemet Coppensteini fateris, quosdam Pontificios oratorie nimis amplificare Scripturæ obscuritatem: ad quid igitur Tu oratorie nimis eos excusas & defendis? II. Calva est excusatio, qua dicis Pontificios quandòq; Scripturam obscuram asserere, non arguere: qua in parte Tibi iterum contradicis, Definitionem videlicet concedendo, & Definitum negando, unde, ex argutionis seu accusationis Definitione cape talem Syllogismum:

Quicumq; eam Scripturæ obscuritatem asserunt, quam Scriptura non habet, illi certè Scripturam s. obscuritatis arguunt, & eam obscuram esse falsò asserunt & arguunt.

Atqui hoc faciunt Pontificii: uti mox ostendam. Ergò.

6. III. Vana est hujus convitii tua palliatio, quâ asseris, Pontificios asserere Scripturam quandòque obscuram h. e. ut postea Te explicas, ex parte claram, ex parte obscuram esse. Annon

allegavi verba *Colonienſium* ex art. 1. quæ ita ſonant: OMNIA & SINGULA quæ in *Scripturis S.* comprehenſa ſunt, tantis involuta ſunt obſcuritatibus, ut ne doctiſſimi quidem certam cognitionem inde colligere poſſint, niſi illa aliunde mutuentur? Idem docet *Bellarmin. Piſtor. Tanner. Gregor. de Valent.* qui in genere toti *Scripturæ* obſcuritatem attribuunt: uti loca citata in *Papæ-Calv. p. 14. b.* edocent, imò *Costerus* dicit, omnia illa loca quæ dogmata fidei continent eſſe obſcura: & *Bellarmin. l. 3. de P. R. cap. 21 pag. 1202.* Porrò, ait, ambiguas & obſcuriſſimas in plerisq; locis *Scripturas* eſſe, non ſolum *Papa* veriſſimè docet, ſed omnes etiam *Veteres Patres.* Secundum quam igitur *Logicam, Coppensleini, Tu Univerſale OMNIA & SINGULA* accipis & interpretatis *Particulariter* per quædam ſeu quædòq; & *Totum Integrale,* pro parte integrante exponis? Adhibe perſpicilla, & loca à me citata penitus inſpice.

7. Nos dicimus cum *D. Auguſt. l. 2. de D. C. c. 6. Magnificè & ſalubriter Sp. S. ita Scripturas* modificavit, ut locis apertioribus ſami occurreret, obſcurioribus autem ſaſtidium detergeret: nihil ferè de illis obſcuritatibus eruitur, quod non planiſſimè alibi reperiatur. Idem cap. 9. *In iis quæ apertè in Scriptura poſita ſunt, inveniuntur illa omnia, quæ continent fidem morèſq; vivendi.* It. *Epift. 3. ad Voluſ. tom. 2. Modus ipſe dicendi quo S. Scripturæ contexitur, quàm omnibus accèſſibilis, ea quæ apertè continet, quaſi amicus familiaris ſine fuco ad cor loquitur indoctorum atq; doctorum.* It. *Tract. 21. in Johan. Quare dicta ſunt, niſi ut ſciantur? Quare ſonuerunt, niſi ut audiantur? Quare audita ſunt niſi ut intelligantur?* Sed hac de re uberiùs actum *Diſputat. 4. Papif. theſ. 23-28.*

COPPENSTEIN. pag. 15.

HIMM. Convit. V. *Ambiguitatis & Mutabilitatis.*

Pontificii arguunt *Scripturam*: utriùſque *Teſtes* multi. Idemque *Calviniani*: *teſtes* multi. Ergò ſunt *Papæ-Calviniſtæ.* Opponitur utriſq; *Bellarmin. Scripturis,* dicens, *nil notius, nil certius & c.*

SPONGIA hic eadem, quæ ſupra de obſcuritate, valet: eademq;

démq; consequentia. Addo, S. Hilarius lib. de Synod. docet, ple-
rasq; hæreses ex divinis Literis male intellectis natas. Tertul. l. de
præsc. Nec periclitor dicere Scripturas S. sic esse ex DEI volunta-
te dispositas, ut hæredicis materias subministrarint; cum legam:
Oportet hæreses esse; quæ sine Scripturis esse non possunt. Ambi-
guas esse testatur ex S. Patribus, exque Luthero Bellarmin. l. 3. de
Antich. cap. 21.

APOLOGIA.

8. Ergò hîc quoque eadem à Te committitur frivola
& frigida erroris & convitii hujus excusatio & palliatio, & mea
militat prior Responsio; Te nimirum nube Testimoniorum Pa-
pisticorum ita esse obductum, ut ea negare non queas, damna-
re verò non audeas. Annon manifesta sunt hæc Petri à Soto ver-
ba p. 7. *Scriptura dubia & ambigua est, etiam in his quæ substan-
tiam fidei cernunt.* It. Censur. Colon. p. 117. *Scriptura S. in illis
ipsis sive dogmatibus sive præceptis, quæ continet & proponit, est
veluti nasus cereus &c.* Annon similia habent, Salm. Cusa, Cost.
Pighi. quos bona citavi fide in *Papæ-Calv. p. 16.* cur ad ea nil re-
spondes Coppensteini?

9. Dicta Hilar. & Tertul. agunt non de Scripturæ vero
usu per se, se abusu per accidens. Videas autem Coppensteini, qui
concilieris cum tuo Bellarm. qui l. 3. de P. R. c. 21. m. p. 1201. ait:
*Ego cerè in nullis unquam Papæ scriptis legi, Scripturam esse librum
Hæreticorum.* Tu verò hîc ais, *Hæreses à Scriptura nasci & oriri.*
Annon igitur Scriptura Tibi liber Hæreticorum?

10. Quod verò ad Bellarm. provocas & quidem ad ejus-
dem l. 3. de Antichristo c. 21. in eo turpiter erras I. Pontificem Rom.
vocando ANTICHRISTUM. Bellarminus non scripsit libros de
Antichristo, sed septem edidit libros de Pontifice Romano, quem
tu non sine crimine læsæ Majestatis Pontificiæ (cujus te alii Ponti-
ficii accusabunt, & damnabunt, unde tui me miseret) nominas
Antichristum, & Bellarm. etiam post mortem criminis hujus po-
stulas. Unde non possum non tua tibi reponere verba, quæ mi-
hi opponis p. 81. Spong. *Ego te virum exquisitiùs doctum, lectio-
nis observacionisq; juxtà multæ, ingenii judicii & studii altioris;*

te, inquam, etiam in isto propudialis erroris habere luto, Papam esse Antichristum: est sane quod demirer: Ecce fit oratio tua in peccatam, & in supra modum peccans peccatum, scilicet secundum decretum Pontificis, Cardinalium & omnium sedis Roma, Thra-
sonum & Gnathonum.

II. II. Bellarmino contradicis. Tu enim Scripturae obscuritatem & ambiguitatem partialem defendis, uti etiam ante obscuritatem partialem asseruisti, atqui Bellarm. totalem asserit, quando l. d. p. 1202. ait: Porro ambiguas & obscurissimas in PLERISQUE locis Scripturas non solum Papa verissime docet, sed omnes etiam Veteres Patres. Atque sic Bellarm. idem asserit, quod reliqui Papiculae in Harm. à me citati. De Lutheri sententia suo loco agetur.

COPPENSTEIN. pag. 15. & 16.

HIMM. Convitium VI. Impuritatis.

Pontificii arguunt S. Scripturam dum I. fontes Hebraeos penitus esse corruptos clamitant: quod falsissimum esse ostendit D. Hunnius, Pisc. II. Corruptunt ipsi loca penè infinita: ut demonstrat Hunni. & Chemnit. III. B. Lutheri versionem flagellant & condemnant. Calviniani his deteriora. Testes utriusque multi.

SPONG. Ad primum Bellarm. l. 2. c. 2. duas contrarias refellit sententias. Priorem Lutheri-Calvinistarum fontibus Hebraeis nimiam puritatem tribuentium, odio vulg. edit. Alteram nostrorum nimiam corruptionem. hancq. ex Judaeorum in Christianos odio promanasse. Tertiam communem ac mediam tenet sanio-rem refutatis priorum momentis. Non igitur contendit, Hebraicam edit. esse corruptam, ut ais HIMMELI.

APOLOGIA,

12. Resp. I. Mihi hinc non solum cum Bellarm. sed & cum aliis Pontificiis rem esse, unde non solum Bellarm. sed Canum ac Linda. citavi, qui Scripturam Hebr. in universum ferè corruptam esse locis citatis contendunt, quos eo nomine etiam perstringit ipse Bellarm. sed ita ut asserat Scripturas Hebraicas non

non

non esse omninò integras & puras, sed habere suos quosdam errores l. 2. de V. D. c. 2. p. 115. & fontes (Hebræos & Græcos) multis in locis turbidos fluere. l. 2. de V. D. c. 11. p. 150. Quâ igitur fronte scribis, Coppensteini, Bellarm. non contendere Hebr. edit. esse corruptam? Qui dicit Hebraicam editionem non esse omninò integram & puram, sed suos habere errores: & fontem Hebræum (ut & Græcum) multis in locis turbidum fluere, annon is Hebraicam editionem corruptam esse contendit?

COPPENSTEIN pag. 16.

Ad II. Hæc tua dicti injuria vergit in calumniam ficti, conatumq; Hunnii & Chemnitii infelicem factò, tu felicitas verbo: sed erras, non meo Hebraicæ nescientis, sed intelligentum judicio: vide Bellarm. l. 2. de V. D. cap. 12, 13. ubi reperies defensionem hujus: Ipsa conteret.

A P O L O G I A.

13. Tu Coppensteini erras, propriam turpitudinem & Hebraismi ignorantiam allegando. Si nescius & ignarus es linguæ Hebraicæ, ad quid igitur non solum me, sed & de Ecclesia Christi præclarè meritos Theologos Dn. Chemnit. & Dn. Hunnium Præceptorem meum honorandum, calumnie & figmenti accusas? ne sutor ultra crepidam, nec cæcus de colore! Tui Hebraicè intelligentes, si quid intelligunt & possunt, respondeant ad loca à Dn. Chemnit. & Hunnio adducta, & à depravatione vindicent, sed non tali futilitate, quali Bellarm. l. 2. de V. D. E I c. 12, 13. & 14. Et ut Coppensteinius, qui licet sit malus Hebræus, bonus tamen est Latinus, etiam habeat quod agat, quæso latinitatem istam defendat ex probatis autoribus, quam hispida & hirsuta habet vulgata locis ferè innumeris, quæ maximam partem in formam Argumenti Scholastici collegit Dn. D. Hunnius p. m. contra Bellarm. l. 2. cap. 14. pag. 332. & nos inseruimus Tract. de invoc. Relig. pag. 419.

14. Egregia & Cardinalitia scil. Bellarm. est defensio loci corrupti Gen. 3. Ipsa conteret caput Serpentis. Et quidem hæc l. 2. de V. D. c. 12. Etiam si multi Codd. Hebræi habent

tamen

tamen legi unum in quo erat scriptum אִתָּהּ id est, Ipsa ac proinde remotis punctis illam vocem Hebraicam אִתָּהּ posse interpretari (id est explicari) Ipsam: nimis rudis est (ut rudis est hic Bellarm. cum suo passivo interpretari) Quæso hinc collige Coppensteini firmum argumentum pro obtinenda lectione vulg. vers. quod forsitan erit tale: Si unus Codex habet cum puncto אִתָּהּ Ipsa, reliqui verò omnes habent vel cum vel absq; puncto אִתָּהּ igitur legendum אִתָּהּ Ipsa & retinenda vulg. versio Verum Antecedens. Ergò & Conseq.

15. Hic & Tibi & omnibus Bellarm. defendentibus Resp. I. Nullam esse planè Connexionis, & ne quidem probabilem, rationem, sed potius Connexionem esse invertendam: Si omnes Codd. Hebræi excepto unico legunt אִתָּהּ ipse, & non אִתָּהּ Ipsa. Ergò potius Ipse, quàm Ipsa est legendum & retinendum. Verum Antecedens ex concessione Bellarm. E. & consequens. II. Assumptio Bellarm. est I. adhuc in dubio, ubi enim & in quo Cod. legitur אִתָּהּ ? manus nostræ oculatæ sunt credunt quod vident. Quare Bellarm non produxit Cod. istum, vel locum & annum editionis notavit? Certè non infrequens esse Papistis talia fingere, præsertim ubi aqua ipsis hæret, uti notavimus suprâ disp. 2. th. II. ex Confessione Gersonis. II. Est ita comparata, ut semetipsam refellat. Posito enim, non concessio, unum Cod. habuisse אִתָּהּ cum א substrato Chirek parvo, an propterea legendum erat Bellarm. אִתָּהּ cum א annon potius debuisset hic agnoscere errorem Typographicum, qui irrepsisset negligentia vel ignorantia librariorum, præsertim cum in Hebræo facilis sit error ob literarum similitudinem, quales sunt א & א uti ipsemet Bellarm loquitur l. 2. de V. D. c. 2. Etenim Chirek parvum non subternitur א sed א , ideóque istud punctum א substrato debuisset Bellarm. elevare & ventri א inferere, & tùm non Hi led Hu rectè legisset, & verum sensum assecutus fuisset. III. Manifestè falsa & Textui contraria est illa fœminina Lectio, qua de re alii Theologi præsertim Dn. D. Petrus Piscator. p. m. loco à me citato.

COPPENSTEIN pag. 16. & 17.

Ad III. *Versionem flagellat ipse tūm Lutherus, tūm Lutherani, & c. tūm Orthodoxi, parato ex ejusdem scriptis flagello. Vide den Biblischen & c. Luther / & meum Luthero-Calv par. 1. q. 3.*

Calvinianas autem sentinas, in S. Scripturam invectas, cūm execramur diris addictas, itēmq; sectarum cæteras; injuria Papæ-Calvinismi insimulamur. Præsertim cūm vindicem talium colamus corruptelarum: quem Scripturarum agnoscimus tūm declaratorem Judicem, tūm & in ijs Controversiarum Judicem, tūm obscuritatum dubiorūve Interpretem cum Ecclesia Papam Rom.

A P O L O G I A.

16. *Resp. I. Falleris Coppensteini & hic & in Luthero-Calvinista, dum ais Lutherum propriam suam versionem flagellare; loquitur Luther. non de tua, sed de aliorum versionibus, vel potius Scripturæ S. detorsionibus. II. Quinam Lutherani Versionem Lutheri Germanicam flagellârunt? III. Veterator Vetterus scripsit quidem den Biblischen & c. Luther / sed fide pessima, & candore planè Lojolitico, quâ de re vide Apolog. Dn D. Philippi Heilbrunneri p. m. ejusdemque post-Colloquium Ratisbonense: & fraudes ac crimina falsi plurima reperies.*

17. *Quod verò ais vos execrari invectas in Scripturam calumnias Calvinianorum, in eo protestatio est contraria facta: & quâ vindex sit Papa talium corruptelarum, cūm eisdem non tantūm per Conc. Tridenti. sed etiam per vos, spargat, defendat, palliet; quod vel ex tua satis liquet Spongia.*

18. *Pontificem verò Rom. Scripturæ esse declaratorem & Controversiarum Judicem, tūm obscuritatis dubiorūve Interpretem, dicis Coppensteini, non doces. Scripturæ Delator est, non Declarator: Controversiarum est Carnifex (qui gladio, igne, fuste nodos secat) non Judex, obscuritatis est Interpolator, non Interpretator. Quod ne videar tibi fingere, cape unum vel alterum de prayationis, & ineptæ Biblicæ interpretationis exemplum Papale, ex Jure Canon. Legimus 1. Cor. 14, 38. hoc Epiphonema Apostoli, ὁ ἀγνοῶν ἀγνοεῖτω. Sed Pontifex alium & sublimiorem lensum nobis suppeditat, ita istud vertens: Qui ignorat*

H

igno-

ignorabitur, quo ipso putat innui erassos ignorantie fratres justas olim poenas duros esse, cum Dominus dicet: Nunquam novi vos discedite à me maledicti; *dist. 37. c. 15.* sic legimus *Matth. 21, 12.* Christum evertisse in templo mensas nummulariorum. Per has quid notetur mysticè, Papa ita differit: *Mensas nummulariorum, Sacerdotum dicit Scripturas: Novo enim Testamento succedente priori everse sunt Scripturæ illorum; dist. 88. cap. 11.* Plura exempla recenseamus *Tr. de Nat. Jur. Can. cap. de ejusd. Adjunct.*

COPPENSTEIN pag. 17. & 18.

HIMM. Convitium VII. Imperfectionis.

Pontificii arguunt S. Scripturam, ut sine Traditionibus, nec simpliciter necessariam, nec sufficientem. Testes multi, Calviniani similiter, ut *Dordracenses* expressè & implicite, dum negant causam principalem nostræ salutis, Dei gratiam, in Scriptura nobis exponi. Testes multi. Ergo &c.

SPONGIA. Respondi in *Luthero-Calv. p. 1. q. 5.* In *Antichristo & Geneal. p. 1. q. 2.* Confutant verò & confundunt *Luthero-Calvinistas* Papistæ: ergo non sunt *Papæ-Calvinistæ.* Calviniani verò pro seipsis respondeant. Utinam se omnes *Ecclesiæ Rom. restituant!*

APOLOGIA.

19. Non tam respondisti, quam correspondisti & conspirasti cum tuis Antecessoribus, *Coppensteini*, qui manifestè Scripturam imperfectionis arguunt, & quidem verbis claris & exercis, quæ adduxi in *Papæ-Calvin. pag. 19. b.* ex *Bellarmino, Eccio, Hosio, Wiltedorff, Greg. de Valent. & Gottbard.* quibus adjunxi *disp. 4. Anti-Pap. th. 8. Colonienf. Canum, Staplet, Coster, Pist, Tanner;* his, inquam, Tu *Coppensteini* subscribis & assurgis, quando loco hic à Te citato *nim. part. 1. Luthero-Calv. q. 5. p. 13.* ais: *Scripturæ sine Traditionibus non fuissent necessariae nec sufficientes. It. p. 14. Sufficientes non sunt Scripturæ: Quia nec singuli nec omnes Evangelistæ continent omnia, nec omnes libri sacri extant. It. pag. 15. n. 4. Scriptura non est Regula Fidei, quia tunc continere deberet, sola & omnia, quæ fidei sunt. Est ea autem Regula partialis: nam Totalis est Revelatio facta Ecclesiæ: cujus Species sunt duæ, verbum Scriptum & Traditum.*

20. Er-

20. Ergò credis & concedis, *Coppensteini*, *Scripturæ S. imperfectionem*: quare igitur non candidè & breviter respondes? Ita est, credunt *Papæ-Calvinistæ Scripturæ Sacræ imperfectionem*? ad quid nos remittis ad tua scripta, ubi hoc Convictum non negatur, sed ampliat & palliatur? Quod facis & hic in *Spongia*, quando ad argumenta mea pro perfectione *Scripturæ* adducta breviter & leviter respondes.

C O P P E N S T E I N p. 18.

H I M M. Perfectionem hinc suadet: Quia 1, à D E O præscripta est hominibus, ut unicè illam scrutentur.

S P O N G. Non, unicè: nam & audiri jubetur *Ecclesia*.

A P O L O G I A.

21. Resp. quia hæc sunt trita & protrita, à nostris sæpius, & à me quoque locis mox citandis refutata, ideò uti *Coppensteinius* me, ita ipsum hinc cæsim, punctimque tractabo.

22. Resp. igitur *Elenchum Disparatorum* hinc committi à *Coppenstein*. *Ecclesia* hinc & *Scriptura* non disparata, sed subordinata sunt. Etenim *Ecclesia* in se est instar *principiati & fundamentati*, & *Scriptura* instar *fundamenti & principii*. *Ecclesia* enim vera & orthodoxa docet, non alia, quàm quæ in *S. Scriptura* sunt revelata, modò sit *Catholica* non *Cacolyca*, *Apostolica* non *Apostatica*. Siquidem *Ecclesia* vera est fundata & radicata super *fundamentum Prophetarum & Apostolorum summo angulari lapide Jesu Christo*, *Eph. 2, 20. Rom. 16, 26.* unde nil docet extra *Prophetas & Mosen*, *Actor. 26, 21.* & provocant ad *sermonem firmissimum Prophetarum*, eiq; unicè attendunt, *2. Petr. 1, 19.*

C O P P E N S T E I N pag. 18.

H I M M. 2. In ea vitam æternam habent.

S P O N G. In sola? Totalem? Neutram.

23. Resp. Si nudè negare, rem est refutare; & dicere; *Neutram*, sufficit: sufficiat & tibi *Coppensteini*, si respondeam; *Utràmque*. Equè enim valet meum *utràmque*, quàm tuum *Neutrum*. Quod verò *Scriptura S.* sit *sola & Totalis Regula credendi & via ad vitam æternam* probavi *disp. 10. Anti-Majer.*

H 2

C O P P

COPPENSTEINI No pag. 18.

HIMM. 3. Ei nil licet addere vel detrahere.

SPONGIA. Nec apicem : Nec addunt eis Traditiones magis, quàm Fonti rivus : nam hæ ex iis promanant, uti in Scripturis præceptæ servari. Vide *Luthero-Calv.* ubi supra.

APOLOGIA.

24. Resp. contradicis Tibi *Coppensteini*, quod ita demonstro. In *Luthero-Calv. l. d. p. 15. n. 14.* doces : *Species divinæ Revelationis esse duas : Verbum Scriptum & Traditum.* Hic verò asseris *Verbum Scriptum & Traditum* habere sese inter *Fontis & Rivuli.* Atqui *Species* sunt inter se *Heterogeneæ & à se invicem contradistinctæ,* *Fons* autem & *Rivus* sunt *Homogeneæ & Subordinatæ.* *Homogenea* autem & *Heterogenea, Contradistincta & Subordinata,* annon sunt *Contraria?* Quomodo igitur simul & semel & eodem respectu, de unica & eadem Re, Revelatione nimirum divina dici queunt?

25. Argumentor ulterius ita :

Omnis Rivulus ex Fonte promanat.

Atqui Traditiones sunt S. Scripturæ rivuli.

Ergò ex ipsa Scriptura promanant : Et per Conseq. Nulla Traditio est tenenda, quæ ex Scriptura probari haud potest : ubi nos consentientes habetis.

26. Neque verò sufficit Generalis illa probatio & promanatio, ad quam collimas, dum ais : *Traditiones ex Scripturis promanare, prouti seu quatenus, in Scripturis præceptæ sunt servari :* Ubi procul dubio alludis ad illud, 2. *T'beff. 2, 15.* ad quod respondimus *disp. 10. Anti-Maier. th. 48 53.*

27. Ubinam, *Coppensteini,* præceptum est, aliquid credere quod est *extra & contra* Scripturam? Num *Deut. 4, 2. c. 12, 32.* Num aut *Esa 8, 20. Apoc. 21: 18, 19?*

28. Et falsissimum est Traditiones vestras, *ne quidem apicem* addere S. Scripturæ, sed ex eadem promanare. Etenim Traditiones vestræ non solum addunt, sed etiam detrahunt plurima Scripturæ S. dum eas Scripturæ non solum æquatis, sed & supra Scripturam collocatis, uti pluribus Vestrorum Testimo. ostendi *disp. 4. Anti-Pap. th. 10-13. it. disp. 2. th. 17-26.* ad quæ respondeas, si potis es.

COP-

COPPENSTEIN. pag. 18.

HIMM. Ea Christi fidem docet, quâ justificamur.

SPONG. Sufficientem singulis, quidem: at simul non omnibus universim. Item Totalem implicite: at non explicitè.

A P O L O G I A.

29. Resp. I. Et singulis seorsim consideratis; 2. Tim. 3, 15. & omnibus universim ac simul sumtis; Luc. 16, 39. cap. 24, 44. Johan. 20, 31. Rom. 1, 16. 2. Tim. 3, 15. 2. Petr. 1, 21. est Scriptura S. ad salutem sufficientissima: undè enim S. Scriptura vocatur Canon, Regula, & amussis omnium ab omnibus credendorum. Gal. 6, 6. 2. Cor. 10, 15. Hinc Paulus ad Corinth. Epistolam inscribit Omnibus, qui invocant nomen Christi, quovis loco 1. Cor. 1, 12. item 1. ad Thessal. omnibus fratribus, 1. Thess. 5, 27.

30. Idem confirmat I. Patrum chorus; Irenæ. Cypria, Hilar. Chrysoft. August. Damascæ. & Ambros. II. Jus Cano. dist. 37. cap. 14, & plurimi Scholasticorum & Pontificiorum; quorum verba adduximus Disp. 4. Anti-Pap. th. 20. & 21.

31. Sed ludit Coppensteinius voce implicite: quam non sumit uti nos cum Orthodoxis Patribus, ita ut si quædam non αὐτολεξεί in Scriptis contineantur, tamen κατὰ ἀνάγκην & per bonam Consequentiam ex Scripturis eruantur; sed ita ut suas implicet Traditiones, quæ implicite præcepta contineantur. 2. Thess. 2, 15. de quo loco jam actum.

COPPENSTEIN. pag. 18.

HIMM. V. Extra eam Apostoli nil docuere.

SPONG. Atqui Tradidere: traditâq; teneri iussere.

32. Resp. I. Apostoli & Evangelistæ nihil tradiderunt de Fide credendum, extra ea, quæ scripta fuere à Mose & Prophetis, Act. 26, 22. vel scribenda erant à semetipsis, 2. Corinth. 10. 11. cap. 13, 2. Galat. 1, 8. 1. Job. 1: 3. 4. Et ostendat Coppenstein. ubinam Apostoli tradiderint aliquid extra Scripturam fide tenendum & credendum, quod non in ipsa Scriptura contineatur? II. Distinguendum tempus ante perfectionem Canonis, & post perfectionem Canonis N. T. ibi potuit valere illud 2. Thess. 2. (uti ostensum Disp. 10. Anti-Maier, th. 34.) sed hic non.

33. Nec est quod forsan excipiat *Coppenstein*. Apostolos & Evangelistas non omnia consignasse, quæ vel à Christo viderint & audierint, vel ipsimet prædicarint: ad hanc enim objectionem Pontificiis frequentissimam respondet ipsa Scriptura. *Joh. 20: 30, 31.* item *August. Tract. 49. in Joh.* Quum multa, inquit, fecisset Dominus Jesus, non omnia scripta sunt: electa autem sunt, quæ scriberentur, quæ salutem credentium sufficere videbantur. Item *Cyrill. Alexand. l. 12. in Joh. cap. ult.* Non omnia quæ DEUS fecit, conscripta sunt: sed quæ scribentes tam ad mores, quam ad dogmata putarunt sufficere, ut recta fide & operibus rutilantes ad regnum cælorum perveniamus per Jesum Christum.

COPPENSTEIN. pag. 19.

HIMM. VI. Eam Spiritus S. prædicat perfectam.

SPONG. Perfectione Veritatis, Sanctitatis: at non Totalitatis.

34. Resp. Perfectione & Veritatis & Sanctitatis ET Totalitatis, id quod non nudè & crudè hic affirmo, sicuti Tu negas, sed demonstro firmiter *disp. 10. Anti-Maier. thes. 10-24.* ubi vide sis.

COPPENSTEIN. pag. 19.

HIMM. VII. Hominem potest perficere, & ad omne opus bonum perfectè instruere.

SPONG. At non item Ecclesiam totam: nisi quatenus etiam Traditiones comp'editur.

APOLOGIA.

35. Resp. Petis Principium *Coppensteini* hoc tuo effugio crudo & nudo, quod paulò ante *th. 30. & 31.* enervavimus.

COPPENSTEIN. pag. 19.

HIMM. VIII. Præter eam si quis aliam profert doctrinam, anathema sit.

SPONG. I. Aliam, id est, contrariam: Præter: i. e. Contra anathema esto.

APOLOGIA.

36. Resp. Has voces Præter & Contra excussi *Disp. 10. Anti-Maier. th. 35-47.* Hic tibi hunc bolum deglutiendum (si forsan curari posses) propono.

Qui

Quicumq; doctrinam contra Scripturam S. profert, ille est Anathema. Pontifex & ejusdem jurata cohors doctrinam contra S. Scripturam profert. Ergo est Anathema.

37. Major est Coppensteini. Minor est à nobis probata & Testimoniis Pontificiorum roborata *Disp. 2. Anti-Pap. th. 26-30. Disp. 4. th. 22. item Disp. 10. Anti-Maier. th. 41-47. Conclusio- nem addat Coppensteinius.*

C O P P E N S T E I N. pag. 19.

H I M M. IX. Est Canon & regula omnis divinæ veritatis.

S P O N G. Omnis, i. potissima: verum est: at non Totius absolutè. Ex dictis quoq; liquet, tuam ad Joan. ult. responsionem geminam enervari.

A P O L O G I A.

38. Resp. In perpetuis ferme Contradictionibus & Principii petitionibus versaris Coppensteini. Regulam enim esse & Canonem veritatis divinæ, & tamen omnis divinæ veritatis Canonem non esse, annon sunt pugnantia? Etenim Canonis & Regulae natura est in se perfecta & toti veritati adæquatur, aliàs Canonis & Regulae nomen non meretur. Quæ enim est illa Regula, quæ suum Regulatum non exæquat, sed à Regulato exæquatur. II. Est petitio principii, quando dicis, esse Regulam omnis regulati (veritatis divinæ) omnis, i. e. potissima; unde probabis hinc omnis, valere idem ac potissima? Totius enim ac omnis veritatis cœlestis perfectissimam Regulam esse Scripturam S. ex ipsa Scriptura, ex Patribus, ex Jure Cano, ex Scholasticis th. 30. & 31. est à nobis probatum.

39. Et quò, quæso, enervasti Responsionem ad dictum, quod ex Job. 21. ult. nobis objicis? Ego certe nullam rationem, taceam enervationem legi in hac Spongia tua meæ Responsionis, quam non meis sed Cyrilli & August. verbis proposui: ad quorum dicta tam es mutus, quàm ad Scripturæ dicta quæ in omnibus hisce membris adduxi, ubi ne unicum quidem (cùm tamen ultra 30. allegarim) examinas, vel quicquam solidè respondes.

40. Frustra ego Harm. hanc II. ita concludis pag. 19. Quare septena illa convitia sunt Luthero-Calviniana: certè Calviniana; minimè nostra Romana scilicet! Sed

Non

Non opus est verbis, ubi sunt Testamina rerum.

COPPENSTEIN. pag. 20.

HARM. III. CAP. I.

HIMM. I. Pontificii & Calviniani S. Scripturæ autoritatem derogant, & quantum in ipsis est, annihilant & enervant. Liquet ex præcedentibus.

SPONG. *Fingis. Liquet contrarium ex testibus vel à te ipso recitatis Nostris: ut mirer in verecundiam.*

APOLOGIA.

41. Resp. I. Ex ipsismet Scriptis Pontificiorum errorem demonstrare, est nè, Coppensteini errorem fingere? Sed hoc est tuum Respondendi stratagema & novum Compendium, quando vides Te premi manifestis Pontificiorum verbis, tum aliud non habes, quo reponas quã miserum tuum *Fingis*. Egregia Respondendi & abstergendi ratio! Methodus sc. *meretricia*, secundum illud: *Si fecisti nega, ac alios hoc fingere, finge.*

42. Sed ne tuo FINGIS credat candidus Lector, age Testimonia in Harm. pag. 21. adducta hinc repetam.

43. Quicunque I. Scripturam S. non agnoscunt pro unica & sola Controversiarum norma, forma & iudice, sed II. Scripturæ exæquant, imò præferunt tum Traditionem & Rationem humanam seu Philosophiam, tum Concilia seu Patres & Ecclesiam: illi certè autoritatem Scripturæ evertunt & enervant. Atqui hoc faciunt & Pontificii & Calviniani. Ergo. Majoris veritas patet per se. Minor quia bimembris, ordine ita probatur I. Scripturam S non agnoscunt pro iudice & unica sola controversiarum norma & forma Pontificii uti patet ex Bellarm. l. 3. de V. DE I nõ script. c. 3. Hinc in Colloq Wormatiensi dixerunt: Scripturam non esse vocem iudicis, sed materiam litis. Albert. Pigkius l. 1. Ecclesiast. Hierarch. ita scribit: Si huius doctrinæ memores fuissetus, hæreticos videlicet non esse informandos seu convincendos ex Scripturis, meliore sanè loco essent res nostræ, sed dum ostentandi ingenii & eruditionis gratiã, cum Luthero in certamen Scripturarum descenditur, excuiatum est hoc, quod, prob dolor! videmus incendim. Simili modo Colon. p. 136. Censuræ scribunt:

Si

Si Lutherus (qui Scripturam S. pro unica Controversiarum norma agnoscebat) ante annos 40 ferro, aut igne sublatus fuisset, aut alii e mediò tollerentur, non tot dissidiis orbis concuteretur. Petrus à Soto p. 84. assert. Cathol. fidei ait: Non est Spiritus Evangelici soli Scripturæ intentum esse. Staplet. Cotrov. 4. quæst. 1. artic. 9. Verbum DEI scriptum est tantum commonitorium breve, non forma aut regula aliqua totius doctrinæ. Hac pertinet illud Greg. de Valent. supra citatum ex Analys. p. 106 Scriptura sola de præcipuis fidei quæstionibus & imprimis ad salutem necessariis, nihil ne obscure quidem definit. Schoppius contra D. Hunnium, verbum DEI seu Scripturam S. urgentem, ita Scopticè & scepticè per Ironiam. c. 42. de Indulgent. scribit: Verbum DEI, Verbum DEI, Verbum DEI manet in æternum. Planè ut ille Sacrificulus, cum Scripturæ autoritate premeretur, contemtum dicebat: Quid mihi objicis Biblia, quid Bablia, quid Biblia, quid Bablia? Turrianus contra Sadeel. dicit: Si solam Scripturam Christus nobis reliquisset, nihil aliud nos habituros, quàm gladium Delphicum, quem fabrefecerint ob inopiam. Sed quid multis opus cum ex Colloq. Ratisbon. ultimo satis constet, quomodo Lojolita Scripturæ S. judicium declinent.

44. *Finxine hæc Testimonia, Coppensteini, annon satis clara & manifesta? Si Hebraica essent, tum putarem Te ea non intelligere, quia necientem Hebraici Te profiteris pag. 16. sed quia Latina sunt, miror quod non intelligas?*

45. *At Tu miraris meam inverecundiam, eò quod liqueat contrarium è Testibus vestris à me ipso recitatis. Sed meam noli mirari inverecundiam (quæ hîc nulla) sed vestrorum stultitiam & contradictionem manifestam. Nam & hîc & alibi studiosè vestræ Affirmativæ Negativam, & Negativæ Affirmativam subjungo, eo fine ut vos proprio jugulem gladio, & nostram orthodoxiam & vestram eterodoxiam, propriis testimoniis vi veritatis extortis declarem, qua de re supra egi Disp. 1. th. 29. Ergò ad hunc ce tuum Coccysmum retundendum repono propria tua Tibi verba, quæ par. 1. Anti-Pap. Mend. q. 2. p. 253. de Dn. Chemnitio à Te prolata,*

lata, Tibi tuisque accommodata & applicata; Coacta veritatis Confessio hæc est contra Vestrummet os mendax.

COPPENSTEIN pag. 20.

HIMM. Suadet: Quia primo non agnoscunt S. Scripturam pro unica Controversiarum norma & iudice. II. Ei præferunt Traditionem, & humanam Rationem, Concilia, Patres, & Ecclesiam. Testes suppetunt ad singula utrorumque. Ergò.

SPONG. *Controversa pro medio probationis sumere, est in probatione deficere. Deficis HIMMELI l. De Scriptura Iudice, vide Luthero-Calv. par. 1. q. 2. & p. 2. q. 14. 15. 16. 17. 18. 31. 32. 38. Itemq; in Antichr. 2. De Traditione dictum supra. Eam verò humanam Rationem, aut ejus filiam dicere, calumniari est, errare est, mentiriq; in Spiritum S. cujus perpetuâ & infallibili assistentiâ freta Concilia, Patres, Ecclesia nitantur: Liqueat è citatis locis.*

A P O L O G I A.

46. Resp. Ego *Controversa pro medio* nequaquam assumo sive *Principium* peto, dum Iudicem Controversiarum Spiritum S. voco: siquidem in *Colloq. Ratisbonensi* hoc abundè est probatum, quod ideò allego. Tu verò hîc petis *Principium Coppensteini*, dum me remittis ad *Luthero-Calv. par. 1. q. 2.* Ubi non agis de *Controversiarum Iudice*, sed de *Scripturæ S. perspicuitate par. 1. quæst. 2.* item de *Antichristo* disputas, de *autoritate & Iudicio P. Rom.* ubi magnum, majus maximum petis principium. Quis enim *Pontifex Romanus*, sive juxta tuam nomenclationem, *Antichristus*, sic *Judex & Scripturæ Interpres*, supra. *th. 18. & 19.* offensum est.

47. *Traditionem verò* (de qua supra assumi) *Humanæ Rationis filiam* dicere, estne calumniari? estne errare? estne in *Spiritum S. mentiri*, *Coppensteini*? Verum qui dicit, an ille calumniatur, errat, mentitur & quidem in *Spiritum S.*? Ne quæso sis tam præcox in affingendis mihi calumniis, erroribus, mendaciis, à quibus tam alienus sum, quàm Tu hîc alienus es à *veritate*.

48. Num

48. Num pro *Spuria*, *Coppensteini*, agnoscis illam, cujus Matrem pro Principio Theol. vestrae agnoscit Schola? Humana Ratio est Principium Vestrae Theologiae & Religionis, uti demonstravi *disp. 2. Anti-Pap. th. 5-8.* Ex hac verò Matre profeminari ac gigni Traditionem veluti Filiam tali edoceo Syllogismo:

Traditiones Papistae aut fluunt ex Scriptura, aut ex Ratione humana. Non ex Scriptura. Ergò ex Ratione humana.

49. Majorem probo ex ipsismet Pontificiis, qui unà cum Scriptura etiam Rationem humanam agnoscunt pro Religionis principio uti & Theoreticè & Practicè de Pontificiis id probavi *Disput. 2. Anti-Pap. th. 6. & 7.* Minor est manifesta, & eam haud negabit *Coppenstein*, vel si negaverit legat *Disp. nostram Anti-Maier. 10.* Nam *Maier. Controv. 8. pag. 139.* ita: *Fides Christiana non tam per Scripturam, quam potius per Traditionem (hic Scriptura Traditioni opponitur. Ergò ex Scriptura Traditio non fluit) ad nos transmittitur. Ibidem p. 199. In sola, ait, Scriptura S. varia dogmata nostrae (Papisticae) fidei dogmata non sunt expressa. Stat ergò Conclusio.*

COPPENSTEIN. pag. 20.

HIMM. Instat 1. Rationem humanam seu Traditionem Scripturae proponere, est ei se opponere; jubenti rationem captivare in obsequium Christi, ut stultam. 2. Est *Arianizare*, *Photinianizzare*. 3. Est *Pontificiis, Juri Canon. &c.* pugnare &c. Testes do multos.

SPONG. Vano labore consumeris tibi; at non nobis: dum nos impugnando propugnas armis nostris nostrorum testium. Ut planè videaris facere nos velle *Papae-Lutheristas*, qui sumus *Anti-haesiarchae*. Dixi, *Traditio est filia, Spir. S. in corde Ecclesiae residentis; non est ratio, seu humanae rationis; Curris; sed extra viam cum tuo Selneccero, & Rungio: Aërem verberatis.*

APOLOGIA.

50. Nequaquam vano consumo labore, sed laboris & operæ

operæ pretium facio, dum vos impugnando armis vestris vos propugno, haud eo fine, ut vos faciam *Pape-Lutheristas*, sed ut *vanitatis & manifestæ contradictionis & Testimonio propriæ Conscientiæ*, vos convincam, qua de re jam sæpius dictum, nolo eandem cramben reponere; vid. *th.* 45.

51. Traditionem vestram esse *Filiam Sp. S. in corde Ecclesiæ residentis*, probandum Tibi fuisset, non nudè & crudè asserendum: Hunc ergò cape Syllogismum à *Natura Contrariorum* petitum:

Quicquid extra & contra Scripturam S. tanquam normam fidei proponitur, illud nequaquam à Sp. S. proficiscitur.

Atqui Traditiones Papisicæ sunt tales. Ergò.

52. Major liquet inde: Quia *Spiritus S. Scripturæ S. autor* 2. *Timoth. 3, 16* nequaquam sibi contradicit & contraria docet, videlicet aliud per *Scripturam*, aliud & quidem *contrarium* per *Traditiones*, præsertim cum unice nos remittat ad *S. Scriptur. Johan. 5, 39*. Minor est in aprico & apud Pontificios in confesso, ut supra & *Disp. 2 ac 4. Anti-Pap.* item *Disp. 10. Anti-Maier.* demonstravi. Ergò fixa manet *Conclusio*. Neque extra viam cum viris de Ecclesia optimè meritis nunc *cu dignis Dn. Selnecker. & Dn. Rung. Præceptore & Sympatriota* meo desideratissimo curro, aut ærem (uti *Coppensteinus*) verbero.

53. Et tancùm de *Exam. & Apolog. Cap. 1.* Nunc restant diluenda illa *ἔγκληματα* & errores, quos *Coppenstein* non tantum in *Specul. Calvinio-Pap. p. 58. & 60. Spong.* sed & in *Luthero-Calvinista B. Luthero* affingere & affricare, atque ex nobis *Luthero-Papistas* facere conatur, dum pag. 3. *Luthero-Calvin.* ita scribit: *Demum vide age Lutheri in S. Scripturam reverentiam, quam ei pro sua in nos calumnia*, (non est calumnia sed veritas ipsa, quod hîc de vestra doctrina in Spiritum S. blasphema dicitur, uti probatum) repono: *Parce mihi D E U S infanda* (mendaciter) *referenti. His ornat TITULIS* illam profanus *Heresiarcharum Centonista* (qualis Tu *Coppensteini* revera es, quod testantur *Centones tuæ Spongiæ*) *Lutherus.*

C O P.

COPPENSTEIN pag. 58.

Lutherus cum Vefania

I. *Petrus, Paulus, reliqui docuerunt extra verbum DEI.*
 Luther. in Comment. Epist. ad Galat. *Apostoli gravissime errarunt, etiam post acceptum spiritum S. Brent. in Apol. Confess. Wittemb.*

A P O L O G I A.

54. *Resp. 1. Neque in Luthero, neque in Brentio hæc verba invenio; ficta verò esse à Papiſtis vel inde liquet, quod Coppenstein. nullam citat pag. Hoc ubi fecerit paratam à nobis Responſionem habebit. Certè Luther. in Comment. super Epist. ad Galat. Tom. 3. Lat. Jen. p. 2. Sicut, ait, primum & maximum Ecclesie beneficium est verbum DEI, ita contra nullo majore detrimento Ecclesia perditur, quàm verbo hominis & Traditionibus, hujus mundi. DEUS solus verax, omnis homo mendax. Deniq; in hanc gratiam sicut olim David reliquit omnes impensas, quibus Salomon ædificaret templum, ita Christus reliquit Evangelion & Scripturas alias, ut iis, non humanis decretis Ecclesia ædificaretur. Quod quàm miserè sit jam plus trecentis annis neglectum, imò perversum, satis ostendit facies hodierna omnium rerum Ecclesie. It. pag. 12. Ecce idem Evangelium Pauli & Petri, ille ingentes, hic in Judæos Apostolus. Quomodo ergò Pseudo-Apostoli Petrum & Apostolos, contra Paulum jactant, qui eadem sapiunt? Si aliter sensisset Petrus, Jacobus & Johannes, quàm Paulus Galatas docuerat, corripuissent utiq;. Nunc autem & commendant, & dexteras societatis dant. Nondum erant in Ecclesia contentiones istæ de præcellentia Ecclesiarum & Pontificum. Petrus, Johannes, Jacobus, Paulum & Barnabam non dedignantur socios & æquales suos, sed successu temporis & vitiorum (ut Hier. ait) societas desiit in potestatem & præcellentiam. II. Dn. D. Brentius non scripsit Apologiam Confess. Witteb. sed Wirtemberg.*

COPPENSTEIN. pag. 58.

II. *Scriptura merum est venenum. a. Liber hæreticorum b. Præstigiatorius saccus. c. Biblia sub podice suillo; in lectio meretricio*

cio d. Satan e. Merda Satanae. f. & c. Ista Lutherus a. to. 1. Witt, f. 121. a. b. in Possill. de falsis Propb. c. To. 2. f. 313. d. To. 5. f. 562. b. c. To. 1. f. 155. fol. f. To. 2. f. 391.

A P O L O G I A,

55. Hanc Cramben quoque apponit Coppenstein, in *Luthero-Calv. p. 3.* quæ nisi aliud est, quam porum putum mendacium, quod *Papista*, præsertim *Cochleus*, *Vetterus*, *Schöfferus*, *Schererus*, *Sartor*, *Pist.* & ex iis *Coppenstein B. Luthero* per manifestum crimen falsi affingunt, dum id quod *Lutherus* non *διδακτικῶς* seu assertivè, sed *ἐλεγκτικῶς* seu refutativè improbando, imò execrando & damnando; quod item *Lutherus* non de vero usu, sed de pessimo abusu loquitur, quod non ex sua, sed *Hæreticorum* sententia ponit, Gens *Lojolitica* simpliciter *Luthero* ascribit & affingit, atque ita *Elenchum* partim *Compositionis* & *Divisionis*, partim *Finis* committit, sicut ex locis hic à *Coppenst.* pessima fide citatis luce meridiana clariùs apparet.

56. Habentur verò hujusmodi verba non in *Luth. Tom. Witteb. Lat.* sed *Germanicis.* Et quidem hæc verba: *Scriptura merum est venenum, Liber Hæreticorum,* sunt excerpta, vel potius detorta ex *Tom. 2. Witteb. Germ.* ubi *B. Lutherus* disputat contra *Sacramentarios*, qui verba *Testamenti Christi* pervertebant, *Lutherus* verò pro verbis *Christi* tanquam pro aris & focis (qui igitur *Scripturam* vocasset *venenum* & *librum Hæreticorum*) pugnabat, unde Titulum hujus libri fecit; Das die Wort noch fest stehen, ubi pag. 120. b. it. pag. 121. a. ita *Lutherus*: Wie ist doch das Sprichwort so ganz war / das man sagt / der Teuffel ist ein Tausendkünstiger. Im Anfang des Evangelii / da Gottes Wort durch die Apostel rein vnd lauter geprediget ward / vnd noch kein Menschen Gebot / sondern eitel heilige Schrift fürgestellt wurden / war es anzusehen / als solt es nimmermehr Noth haben / weil die heilige Schrift vnter den Christen die Kennerin were. Aber was kund der Teuffel nicht? Er lies zu letzt geschehen / das allein die Schrift golt / vnd kein Pharisaisch Jüdisch

disch

disch Gebot oder Werck Geseze mehr geben solte / vnd hatte der Seinen auch etliche in der Christen Schulen / durch welche er in die H. Schrift heimlich schlich vnd kroch. - Als er nun hinein kommen / vnd der Sachen gewiß war / brach vnd reiß er aus zu allen Seiten / richt ein solch gerumpel in der Schrift an / vnd macht viel Secten / Ketzeren vnd Kotten vnter den Christen. Vnd weil ein jegliche Kotte die Schrift für sich zog / vnd auff ihren Standeudet / wurde das daraus. daß die Schrift anfang nichts mehr zu gelten / vnd auch darzu endlich den Namen vberkommen hat / daß sie ein Rezbuch heist / als daraus alle Ketzeren entsprungen ist / weil alle Ketzer sich mit der Schrift behelfen. Also kundte der Teuffel den Christen ihre Waffen / Wehre vnd Burgk / das ist die Schrift / ablouffen / daß sie nicht allein matt vnd vntüchtig wider ihn war / sondern auch wider die Christen selbst streiten mußte / vnd sie bey den Christen so verdächtig macht / als were sie eitel Gift / wider welche sie sich wehren solten. Sage mir / ist das nicht ein Kunststücklein des Teuffels gewesen?

57. Ex his verbis patet i. B. Luth. *non contra Scripturam, sed pro Scriptura masculè & zelo verè divino pugnare contra Satanam & Hereticos eandem oppugnantes. z. Neq̄ eum nominare Scripturam librum Hereticorum, sed ita eandem ab Hereticis tandem nominatam fuisse graviter conqueri. Quinam enim fuere, qui Scripturam Librum vocârunt Hereticorum, num Lutherus vel ullus Lutheranus? Minimè. Num Lutherus venenum Scripturam appellat, an non potiùs acerbè deplorat ab Hereticis pro veneno haberi, dum ait: Vnd sie bey den Christen so verdächtig gemacht / (ab Hereticis) als were sie eitel Gift.*

58. Et quæso Luth. *Scripturam Venenum & Hereticorum librum appellâset, cùm tanto molimine & labore eandem sub scamno jacentem & cœno Papistico squalentem in lucem produxerit? unde ibid. pag. 121. b. ita pergit? Num jetzt / zu vnsern Zeiten / da wir sahen / das die Schrift vnter der Pancklag / vnd der Teuffel durch eitel Stroh vnd Hey Menschlicher Gebot vns gefangen hielt vnd narret / haben wir der Sachen auch*
durch

durch Gottes Gnade wollen rahten / vnd fürwar mit grosser saurer Arbeit / die Schrifft wieder herfür gebracht / vnd Menschen Geboten Vrlaub gegeben / vns frey gemacht / vnd dem Teuffel entlauffen / wiewol er sich redlich wehret / vnd auch noch wehret.

59. Et hoc sensu alibi Scripturam S. vocat *praestigiatorum saccum*, videlicet ob *praestigias Satanae & Hereticorum*, qui Scripturam pessimè torquent & detorquent pro libitu. Unde Tom. 2. Germ. Witteb. p. 313. b. §. Also auch. ita contra Anabaptistas verba Lutheri sonant: Summa / diß Buch der Offenbarung ist dieser Kottenmeister Gauckelsack / dadurch sie der Armen Einfeltigen Augen / Ohren vnd Herzen bezaubern / vnd richtens wie sie nur haben wollen.

60. Eadem fide citat Copp. verba (non Lutheri) sed J. Menii, quæ ex mente Anabaptistarum, qui Scripturam S. Merdam Satanae blasphemè vocabant, contra Anabaptistas in Luth. tom. 2. Witteb. Ger. p. 391. b. ita sonant. §. Es ist vnleugbar das Thomas Münzer vñ folgendes nach ihm sein Jünger / Melchior Rinck / sompt andern viel mehr ihrẽ Jüngern / der H. Schrifft gar nichts nicht geachtet / sie nur einen todten Buchstaben geheissen (quod facit & Pighius) vnd auff sonderliche newe Offenbarung des Geistes gehalten haben. Ja / die H. Schriffe frey lügenstraffen dürfen / wie ich denn aus des Rincken Munde selber habe gehöret / das er sagen thurste / alle Bücher des Newen Testaments in allerley Sprachen / Griechisch / Lateinisch / Deutsch & c. weren allzumal falsch / vnd kein rechtes auff Erden mehr. Item / im Abendmahl da der H. E. N. N. saget / Nehmet hin / drincket alle daraus / das ist mein Blut / das für euch vergossen wird / saget er / das die Wort so darauff folgen / Zu Vergebung der Sünden / der Teuffel hienein geschmeisset hette.

61. Sic per manifestum *crimen falsi* Luthero imputat Coppenstein. cum gregalibus, quasi *Biblia vocârit podicem suillum*, & *lectum meretricium*: cum tamen Luther. loco à Coppenstein. allegato, non loquatur de *Bibliis S.* sed de *Bibliis Judæorum*

deorum & Mahometistarum, id est, Thalmut & Alcorano. Verba Luther. Tom. 5. Germ. Witteb. pag. 562. b. ita habent: Wahr ist's / die Vernunft findet solches nicht in ihrer Bibel / das ist / im Rauchloch / oder im Schlauffenlande / so findens die Jüden in ihrer Bibel auch nicht / das ist / im Thalmuch / vnter dem Sempirtzel / da sie ihr Schambaperes innen studieren. So findets Mahomet in seiner Bibel auch nicht / das ist / im Hurenbette / dann darinn hat er am meisten studiret / wie er sich rühmet / der schändliche Vnflut / das ihm Gott (der Teuffel) so viel Stärke seines Leibes gegeben habe / das ihm vierzig Weiber nicht gnug mögen seyn zu Bette / ja eben wie er studiret hat / in derselben Bibel / im Hurenfleisch / so reucht vnd schmecket auch sein keusches Buch der Alcoran / Er hat den Geist seiner Prophecia am rechten Ort / im Venusberge gesucht vnd gefunden / we nun in solchen Büchern studiret / was ist's Wunder / das der nichts wisse von Gott noch Messia / so sie auch nicht wissen / was sie reden oder thun?

COPPENSTEIN. pag. 58. & 60.

Jacobi scripta sunt straminea, arida, tumida. a. Judas propter solum Papam scripsit: aduersatur Evangelica libertati. b. Paulus nunquam eò deducere potuit, ut discrimen legis & Evangelii constitueret. c. a. Lutherus in præfat. 2. edit. 1. N. T. b. To. 2. in Respon. ad Catbarinum. in Colloq. mens. fol. 195.

APOLOGIA.

62. Quo ad Epist. Jacobi Resp. I. Non solus Lutherus, sed multi ante Lutherum in primitiva Ecclesia de autoritate verè Canonica hujus Epist. dubitarunt. Cujus rei testes produco Euseb. l. 2. hist. Eccles. c. 22. l. 3. c. 22. l. 6. c. 12. Item Hieronym. in Catal. illust. Item Cassiodor. l. 1. de diu. Test. cap. 8. Ex Pontificiis: Cajeta. super Epist. Jac. Eras. in cap. 1. Actor pag. 199. & e. 5. Jac. pag. 523. II. Lutherus sane in prima Bibliorum Germanicorum edit. in præfat. Epist. Jac. scribit: eam non posse dignitate certare

K

cum

cum Epistolis Petri & Pauli, sed Epistolam *stramineam* esse, q̄. cum illis comparetur: sed. I. *nussiam* vocat *contentiosam*, *tumidam*, *aridam*. II. aliud est loqui simpliciter ἀπλῶς, aliud συγκριτικῶς. III. in posterioribus Bibliorum editionibus verba illa sunt omissa: post annum 1526. in nulla Bibliorum edit. *straminea* à Luthero vocatur. IV. *Contrarium* potius in posterioribus illis editionibus habetur, videlicet quod eam quamvis à veteribus rejectam tamen laudet, ac pro utili & comoda habeat.

63. Quoad Epist. *Judæ Resp.* I. *Coppensteinium Lutheri Tomos* nunquam legisse vel inspexisse, sed alienis oculis perpetràm vidisse. Si enim legisset, utique tam crassè & falsò *Lutberum* non allegasset: & hic *tomum Lutheri* signasset, imò. pag. ubi videlicet contra *Catharinum* disputat; quod fit *tom. 2. Lat. & Jenens. & Witteberg.* II. Verba à *Coppensteinio* citata non, sed potius *contraria* reperio; uti cuilibet inspicienti patet *2. tom. 2. Lat. Jen. p. 370. Witteb. p. 153.*

64. De *Paulo*, verba *Lutheri* in *Colloq. Mens.* non invenio, sed potius *contrarium* lego p. à *Coppenstein.* cit. 195. b. ubi *Paulum Lutherus* non perstringit, sed his verbis extollit: Diese Theologia ist sonst auffer S. Paulo vnd Johanne nirgend mehr also rethlich zu finden. Præterea quid judicandum sit de *Colloq.* hisce post mortem *Lutheri* editis notum est, siquidem pro *Scripto Lutheri genuino* nostra Ecclesia illa non agnoscit, quâ de re legatur *Dn. D. Selnecker.* in præfat. *Colloq. Mens. Luther.*

COPPENSTEIN. pag. 60.

Nota hanc regulam, si vis Theologus fieri: Si verba DE I intellectum tuum impediunt, quære alium qui placeat tibi: dicoque esse Spiritum S. deinde ordina verba, & explica prout tibi videbitur. *Luth. tom. 2. Witteb. fol. 250. b.*

65. *Resp.* I. Neque hic *Coppenstein.* *tomum Lat.* à *Germa.* distinguit, quia neutrum explicuit. II. Alterum crimen falsi

com-

committit, quod non fecisset, si oculis propriis, non alienis usus fuisset. Etenim quod *Lutherus* de *Stenckfeldio* ejusque complicibus differit, id *Coppenstein* cum gregalibus suis mendacissime *Luthero* tribuit. Verba autem *Lutheri* tom. 2. *Germ. Witteb. in Confess. brevi de Sacrament. pag. 250. b.* ita sonant: Der vierde Stenckefeld ließ sich düncken / sein Standt were Thesent in aller Welt / bracht aus den vierden heiligen Geist diese Regel. Man muß diese Wort (das ist mein Leib) aus den Augen thun / dann sie hindern den Geistlichen. Verstand diese Regel mustu wol mercken / wiltu ein Theolog. werden / nemlich / wo die hellen Wort Gottes deinen Verstand hindern / daß du einen andern suchest der dir gefalle / vnd dann sagest / es sey der heilige Geist: Darnach die Wort ordnest vnnnd deutest wie dichs gut dünckt.

66. Atque ex his manifestè liquet, quàm pessima & nequissima fide verba *Lutheri* citent *Adversarii*. Ergò *Coppensteini* noli imposteum credere allegatis tuorum Antecessorum, *Cochlai*, *Vetteri* mendacissimi, sed explica *Lutheri* scripta, & propria adhibe perspicilla, & *Luthero* injuriam fieri vel manibus palpabis.

67. Ne dicas igitur *Falsum Testimonium*. Sed quia cum tuis gregalibus in medio crimine falsi & mendacio es deprehensus (Vnd ist euch die Hand im Sacke ergriffen) ideò corrigas verba in tuo *Luthero-Calvin. pag. 3. Parce mihi DEUS infanda referenti*: & pro illis hæc substituas: *Parce mihi DEUS infanda mendacia Luthero affricanti*! Certè, qui falsus est in manifestis, non meretur fiden in obscuris.

68. Mantissæ loco, quia hætenus de Scriptura S. egimus, Tibi *Coppensteini* dono & repono hæc *Bellarmin. verba l. 3. de Pont. Rom. cap. 21. m. pag. 1197. Nos, ait, contra videmus, à Papa summum honorem Scripturis deferri, & pro Hæreticis haberi, qui adversus Scripturam, aliquid docuerint. Hinc ita argumentor.*

69. Quicunq;

69. Quicumq; adversus Scripturas aliquid docent, illi ex sententia Papæ Romani, sunt Hæretici.

Plurimi Pontifices & Papistæ (inter hos quoque Coppenstein.) adversus imò contra Scripturam S. multa docent.

Ergò plurimi Pontifices & Papistæ (ipse quoque Coppenstein.) sunt ex sententia P. R. Hæretici.

70. Major est Bellarmin. Minor in hisce Disputo.

& 10. disp. Anti-Maier. abundè demonstrata

est. Conclusio ergò firma fixaque

manet.



DISP. IV.

DISPUTATIO IV.
ANTI-COPPENSTEINIANA
 DE SS. TRINITATE.

RESPONDENTE
 MARCO CRUGERO, *Stadensi.*

THESIS I.

HActenus cum *Coppensteinio* differuimus de *Principio* Religionis cognoscendi, nunc differendum nobis de *Principio* essendi, quod est *Deus Trin- unus*, quodque non uno convellunt *Pontificii Calvinianizantes* modo: uti ostensum in *Papæ-Calv. c. 2.* ubi exordium feci ab illo *August. l. 5. de C. D. c. 10. Malè vivitur si de Deo non benè creditur.* Videamus quid contra excipiat.

COPPENSTEINIUS pag. 21. & 22.

HIMM. HARM. l. de Funda. hujus articuli.

Pontificii Trinitatis mysterium ex *Scriptura* solidè probari posse negant; sed opus *Traditione: Calviniani: opus Ratione*, hácque doceri rectiùs *Testes* utrorúmque multi.

SPONG. Nos rectè: *Calvinianos blasphemè: ac tuos Lutheranos* aliquos his conclamare: vide age in meo *Luthero-Calv. p. 1. q. 6.* & erubescere, tùm tam blasphemà ab tuis effusa: tùm adeò nos *Luthero-Calvinistarum* dissimiles, & contrarios, à te in comparationem vocari, *Planè à vobis malè vivitur, à quibus tam malè de Deo creditur.*

APOLOGIA.

2. Resp. 1. *Comparatio* híc *Pontificiorum & Calvinianorum* est vera 1. propterea quod *Calviniani* nonnulli non tantùm negent *Fundamentum SS. Trinit.* in *Scriptura* haberi, sed & contrarium in ea contineri doceant, qua in parte magis, quàm *Pontificii* blasphemant.

L

3. 11. Pro-

3. 2. Propterea, quod utrique & Pontificii & Calviniani nonnulli statuunt *Articulum de Trinitate* non ex *Scriptura S. revelatione*, sed ex *Ratione* seu *Humana Traditione* peti, quemadmodum sentit ex Pontificiis *Vega*, *Possevin*, *Diez*, quorum verba in ipsa *Harm.* 1. adduximus p. 30. & 31. quibus jure accensendus *Fr. Fev-ardentius*, qui l. 15. *Theoma. Calv.* p. 227 n. 36. Cumq; ait, ne verbum quidem expressum sit in *Scriptura utriusq; Testam.* de *Trinitate Personarum Consubstantialium*, coeternarum, coequalium, de *Processione sp.* seu ab utroq; & c. cum ipsis *Scripturis* & *voces Ecclesie* & *Traditiones Apostolicæ* sunt conjungenda. Idem asserunt *Linda. Ecci. Pistor. Cochla. Staple, Cassind.* vid. *disp.* 5. *Papif. th.* 11. Idem *Calvin. Vörst. Keckerm.* qui magis ex *Ratione* (*Traditionis Matre*) *Humana*, quam ex *Scriptura* *Mysterium Trinitatis* probari posse verbis in *Harm.* p. 11 b. recitatis sentiunt, atque sic tam *Pontificii* quam *Calviniani* æquè hinc blasphemant, nec meliores ac saniores *Calvinianis Pontificii* sunt.

4. Hoc verò melius *Coppenstein.* ex hocce *Syllogismo à Pari* deducto intelliget:

Quicumq; unius & ejusdem Articuli Principium neglectâ Scripturâ ex alio, & quidem uno atq; eodem fundamento petunt, illi hac in parte conveniunt & pares sunt.

Atqui Pontificii & Calviniani unius & ejusd. Articuli de Trinit. neglectâ Scripturâ S. ex alio & quidem uno atq; eodem, vid. Rationis seu Tradit. Humana Principio petunt. Ergò.

5. Quod verò hac in parte utrique blasphemè errant, ita ex *inductione* probò:

6. Quicumque 1. *Articulum Fidei* non ex *Scriptura*, sed ex *Ratione humana* petunt. 2. id quod in *Scriptura* habetur impudenter negant. 3. *Hereticis Anti-Trinitariis* assurgunt; illi blasphemè errant.

Atqui hoc faciunt ex æquo Pontificii & Calviniani. Ergò.

7. Major est *indubitatae veritatis*, cum 1. *Fidei Articuli* ex una *Scriptura* sint desumendi, non ex *Ratione*, quam exsuperant: Hinc *Belarm.* l. 4. de *V. D. c. 9.* *Nihil de fide, nisi quod DEUS per Prophetas & Apostolos revelavit, aut quod evidenter inde*

inde

inde deducitur. It. l. 1. de V. D. c. 2. Scriptura S. Regula credendi tu-
tissima certissimâq. It. l. 3 c. 3. Convenit inter nos & Adversarios,
ex solo Literali sensu peti debere argumenta efficacia: idem docue-
runt alii Pontificii & Scholastici, quos lege in Papa-Calv p. 25. it.
disp. 2. Papif. th. 11. II. Scriptura id derogare, quod nobis mani-
festat, & potius Rationi tribuere id, quod planè ignorat, annon
error gravissimus? III. Hæreticis publicè damnatis & proseri-
ptis assurgere eosdemque in Hæresi confirmare, annon est er-
ror blasphemus?

8. Minorem ordine probo. I. Pontificios & Calvinianos
Articulum Fidei de Trinitate non ex Scriptura, sed Traditione
& Ratione humana petere, patet ex eorundem Testimon. ad-
ductis, th. 3.

9. II. Eundem Articulum contineri in S. Scriptura
patet tum ex ipsa Scriptura, tum ex Patrum orthodoxia, tum ex
aliorum Pontificiorum Confessione propria, vi veritatis extor-
ta, quod probavimus disp. 5. Papif. th. 14-17.

10. III. Hac in parte Pontificios & Calvinianos assurge-
re Photinianos, qui ad autoritatem & Consensum tam Pontifi-
ciorum, quam Calvinianorum hoc in Artic. provocant, ostendi
non tantum in ipsa Harmon. p. 32. sed & disp. 5. Papif. th. 11. It.
disp. 3. Calvinif. th. 40. quò Coppenslein. remissum volo, qui &
me ad sua sapiùs remittit Scripta.

11. An verò Lutherus & Lutherani nonnulli conclament
his, videbimus sub fin. hujus disput. Ex dictis autem patet, Pon-
tificios ex judicio August. malè vivere, quippe à quibus tam ma-
lè de Deo credatur, non solum ex cæca Ratione, sed & blasphe-
ma Photinianorum doctrina.

COPPENSTEIN. pag. 22.

HIMM. Harm. II. Pontificii sub Genus logicum redigunt
DEUM: ut Okam, Greg. Arim. Calviniani item.

SPONG. Okam, ut in multis hæreticis, in hoc quoq. rejicitur
& cum eo stantes duo disci. Quibus oppono Theologiam universam
Romanam, quæ Deum, ens entium omnia Transcendens, extra, su-
prâq. omnem positum Categoriâ consentiunt.

L 2

APC-

APOLOGIA.

12. Resp. I. Gratulor Coppensteinio de hac ingenuitate, quam & in reliquis controversiis eidem apprecor, & ne plus Sedi Pontificiæ, quàm propriæ Conscientiæ faveat & fidat hortor. Amicus enim Papa, amicus Okam, amicus Bellarm. sed magis amica veritas. II. Eidem ruminandum relinquo; an tantus & talis sit Ecclesiæ Romanæ consensus, qualis & quantus à Bellarm. aliisque & hic ab ipsomet Coppenstein proclamatur & ebuccinatur? Nos ita contrà:

13. Inter quoscūq; vigent hæreses & manifestè vivunt Hæretici, inter illos non est doctrinæ unanimis consensus.

Atqui inter Doctores Ecclesiæ Romanæ primarios Hæresis viget, & Hæretici manifesti, qui non tantum moraliter, sed & doctrinaliter peccant, vivunt.

Ergò. Major est ἀξιόμις. Minor hîc à Coppensteinio stabilitur exemplo Okam aliorumque. Stat ergò Conclusio.

COPPENSTEIN pag. 22. & 23.

HIMM. Harm. III. Pontificii negant essentiam relatè acceptam, in Divinis generare essentiam. Calviniani pariter. Testes multi.

SPONG. I. Essentia Dei, nec absolutè in se, nec relatè in alio dicitur generare, vel generari: sed sola persona seu hypostasis. Nam hujus est in se, & per se existere per modum totius. Essentiæ verò est existere in alio per modum formæ. Hinc hypostasis non ad essentiam addit aliquem gradum vel actum, sed modum essendi. Idcirco essentia est communicabilis personis tribus: Hypostasis seu Persona est incommunicabilis. Nam quæ est in se, esse in alio eandem, implicat. Ita solis Personis convenit gigni, gignere, procedere: non essentiæ: quæ non est persona formaliter, sed habet se in Deo per modum termini communis.

14. Resp. Coppenstein. hîc i. petit Principium. Queritur enim; an essentia divina relatè in singulari τὸ πῶ ἢ τὸ ἀρξέως generet? ubi nos quatuor argumentis pag. 33. Affirmativam roboravimus. Quid verò Coppenstein? ille negat hoc Argumento. Quia sola Persona seu hypostasis generet? atqui hoc est in Quæ-
stione

stione. Etenim *Essentia relatè* considerata, & persona non differant. Eìgò quando *Coppenstein*, in *Quaestione: An Essentia relatìve considerata generet*, negat hoc argumento, quia *Persona gignat*: est idem ac si concluderet: *Coppenstein vera dicit*, quia *falsa non asserit*: vel *falsa non asserit*, quia *vera dicit*: cùm tamen quaeratur, *an vera vel falsa dicat*? Quo jure igitur p. 123. *Coppensteinus* ait: *Ex his ad quaternas HIMMELII suasiones una liquet Responsio, id est Petitio Principii?* 2. *Argumenta mea intacta relinquit*, & sic se iisdem constrictum esse apertè concedit. 3. *Contradicit nonnullis Scholasticis*, qui concedunt *Essentiam generare*, uti ipsemet *Thom. & Becan.* ex *Conc. Nicen. Toleta. Lateran.* Videatur *Becanus part. Theol. Schol. tract. 2. de Trin. cap. 4. quaest. 7. p. 273.*

15. Hic non possum non *Coppensteinio* suggerere verba *Hieronimi Floravant. Lojolitæ Romani*, qui de *Trinit. l. 2. pag. 73.* ita *Scholasticos* hoc in doctrinæ genere depingit: *Difficultates*, ait, *hujus mysterii exactissimè, ut solent omnia tractarunt Scholastici veteres & recentiores. Cæterùm in tam multas partes interdum conscindunt quaestiuunculas & articulos, tam longas instituunt de rebus minutissimis disputationes, easq; plerunq; de Nomine ut hoc ipsum tenebras afferat.* Hæc *Floravant. de scrupulosa, spinosa, & obscura Scholasticorum λογομαχία.*

COPPENSTEIN. pag. 24.

HIMM. HARM. IV. *Pontificii & Calviniani Lutherum* culpant de voce *ὁμοσιᾶς*, ut qui dixerit; *Odit anima mea, &c.* cùm hypotheticè dixerit: *Quod si odit anima mea verbum ὁμοσίαν, & nolim eo uti, non ero hæreticus: modò rem teneam.*

SPONG. *Mirum!* Te unum in *Luthero* hypotheticè legere: quod tot legerunt *ἀπλῶς*. Sed alia plura *Lutheri* effata itémque *Luthero-Calvinistarum* vide in meo *Luthero-Calvin. pag. 16. quaest. 78. &c.*

A P O L O G I A.

16. Resp. 1. *Mirum, Coppensteinii, tuum Bellarm. & Posselvin.*

vin. & Valentianum & alios tuos complices hinc tam enormiter & notoriè criminis falsi convinci, dum id quod Lutherus conditionaliter loquitur, illi simpliciter recitant.

17. 11. Qualiter legi verba possunt, quàm prout jacent, & ita tom. 2. Jenens. pag. 407. habent: *Quod si anima mea odit vocem ὁμοούσιον, & nolim eâ uti, non ero hæreticus: quis enim me cogit uti, modò rem teneam, quæ in Concilio per Scripturas definita est?* Quæ verba si Bellarmin & alii Tecum explicassent, vel bona fide citassent, tã graviter non peccassent. Nam qui Lutherus hanc vocem ὁμοούσιον odisset, cum tom. 7. Germ. Jen. p. 243. Vocem ὁμοούσιον in explicatione hujus mysterii non tantùm usurpet, sed etiam pro eadem strenuè pugnet, his, quæ in gratiam Tui tuorumq; huc transponam verbis: Zum Sechsten / da es gieng an das Hertz / daß Christus Homousius sey mit dem Vater gleich vnd einerley Gottheit / gleich vnd einerley Bewalt habe / da fanden sie keinen Zuck / Loch / Rand noch Schwanz mehr finden / Homousius heist einerley Wesen oder Natur / oder einerley vnd nicht zweyerley Wesen / wie die Väter im Concilio hatten gesetzt. Vnd im Latein gesungen wird *Consubstantialis*, etliche *Coexistentialis*, *Coessentialis*, hernach nenneten / Solches hatten sie zu Nicea im Concilio angenommen / vnd nahmens noch an / wo sie für dem Keyser vnd Vätern reden mußten / Aber bey den Ihren forchten sie es hart an / gaben für / solche Wort stünden in der Schrifft nicht / hielten viel Concilia, auch noch bey Constantinus Zeiten / damit sie das Concilium zu Nicea schwächen möchten richteren viel Unlücks an / machten hernach den Bisfern damit so bang / daß auch S. Hieronymus darüber verfürzt. einen kläglichen Brieff schreib er an den Bischoff zu Rom Damason / vnd sieng an zu begehren daß man solch Wort *Homousius* solte außkrotzen Denn ich weis nitche (spricht er) was für ein Gift in den Buchstaben sey / daß sich die Arianer so vnnütz drüber machen.

18. *Qui ego unus & solus hoc hypotheticè legere potui Coppēsteini, cum mihi non soli lecti fuerint & legantur tomi Lutheri, sed plurimis aliis.* An quando tu Legis & tua extrahis

ex

ex Bellarmin. tu solus & unus Bellarm. legis, & non alii, tam vestrates, quam nostrates? Certè quod plurimis est commune, illud uni soli haud est proprium. Neque ego hoc in hac Jenensi Academia primus observavi & solus ac unus legi, sed ante me hanc *Logoliticã* fraudem observavit Dn. D. Pet. Pisc. in *maxapivus* Dissert. Theolog. de Pers. Christi, contra Lib. 5. Bellarm. de Christo, scripta & habita ante annos 21. Anno nimirum Christi 1605 th. 6. cujus verba adducta sunt in ipsa Harm. p. 33. b.

19. Utinam verò vos tantã diligentia legeretis, & talicandore citaretis nostra, quemadmodum vestra legimus & citamus Scripta, certè meliori in loco utrinque res nostræ essent. Quare noli Coppensteini omnibus vel Bellarm. vel aliorum præsertim perfidi Vetteri, Cochlai, & Pistorii allegatis fidere, sed ipsemet Scripta Lutheri evolve, & quid distent æra lupinis intelliges, neque nimis credulus facile decipieris. Infra enim reipsa senties à te aliisque fide pessima esse Lutherum allegatum, etiam in iis locis, ad quæ tu in *Luthero-Calv. p. 1. p. 7.* collimas.

COPPENSTEIN. pag. 24. & 25.

HIMM. HARM, V. Pontificii & Calviniani enervant omnipotentiam & veritatem DEI. Pontificii quidem. Nam Gretzeri vox in *Colloq. Ratisbon. sess. 9.* erat: Spiritus S. non potest esse Judex per Scripturam S. adsit contemnet me & c. Blasphemia hæc est in totam Trinitatem. Et contra S. Scripturam S. Patres contraque Calvinistas Sacramentarios.

SPONG. I. Sycophantiaris HIMMELI: Nam dictum bonum verum Gretzeri de Potentia DEI ordinaria, tu interpreta ris de absoluta. II, Sicut S. Scriptura est quarundam Controversiarum Judex per Spir. S. ipsi infallibiliter assistentem: idq; immediate: at Spir. S. aut S. Scriptura mediate. Quo DEI omnipotentiam asserimus & distinguimus. Caterum fortiter contra Calvinistas pro omnipotentia argumentaris. III. Verum, quid, quod & contra Lutherum tuum juxta mecum in meo *Luthero-Calvin. par. 1. quest. 13. & 14.* pugnas? Communis tamen serè hodie Lutheranorum & Calvinianorum Theologia nobiscum asserit Omnipotentiam,

APO.

APOLOGIA.

20. Resp. I. Sycophantam hic non ago qualem tuus Bel-
larmin. & alii agunt in citandis dictis Lutheri, siquidem verba
Gretzeri bonâ fide ac integrè, non mutilatè cito. II. Neq; verba
Gretzeri de absoluta, sed Ordinaria potentia intelligo: & dico
quod Gretzerus blasphemè Spiritum S. arguat impotentia, quasi
haud posset esse iudex (non immediatè & absolutè, sed mediatè
& ordinariè) per Scripturam. Hoc etiamnum dico esse blasphemiam
in Spiritus S. Omnipotentiam, non quidem absolutam, sed
Scripturæ S. semel addictam: unde ita colligo:

21. Quicumq; negat illam Omnipotentiam Spiritus S. quam ver-
bo suo Spiritus S. alligavit, ille omnipotentiam Spiritus S.
enervat,

Gretzerus negat illam Omnipotentiam. Ergò.

22. Propositio est ἀξιωματικῶς. Assumptio (quia à te in-
dubium vocatur) roboratur ex Johan. 5: 44, 45. Act. 18, ult.
Hinc ita argumentor:

23. Si Mosis Scripta homines accusant & judicant, Joh. 5:
44, 45, 46. II. Apostolus Paulus è Scripturis Judæos convicit er-
roris, & de controversiis judicavit, Act. 18: vers. ult. & III. Scri-
ptura divinitus inspirata utilis est ad redarguendum & de erro-
ribus judicandum: utiq; per Scripturam Spiritus S. est potens
ad judicandum; & non sinè blasphemia à Gretzero hæc potentia
judicandi per Scripturam S. ordinaria negatur. Verum Ante-
cedens. Ergò & Consequens.

24. II. Coppensteinius committit insignem Principii pe-
titionem dum i. dicit S. Scripturam esse tantum quarundam
Controversiarum iudicem per Ecclesiam mediantem: hoc enim
nos negamus, & docemus esse omnium Controversiarum iudi-
cem per Ecclesiam non quamvis, sed orthodoxam, & Spiritum
S. per Scripturam loquentem pro Iudice Controv. agnoscentem.
2. committit Elenchum Oppositorum, dum Ecclesiam &
Scripturam S. tanquam mediatum & immediatum quid op-
ponit, & asserit Scripturam S. esse iudicem mediatè per Eccle-
siam, Ecclesiam verò immediatè per Spir. S. atque ita Spiritum S.
&

& Scripturam S. mediatè, Ecclesiam verò immediatè judicare. Nam hæc non sunt *Opposita* sed *Subordinata*, quando n. Scriptura per Ecclesiam, seu Ecclesia per Scripturam judicat, tum Spiritus S. non excluditur, sed tanquam *causa principalis* per Scripturam & Ecclesiam judicans præsupponitur. 3. *Coppensteinus* hinc *Schwenckfeldianizat* asserendo, Ecclesiam immediatè per Spiritum S. ipsi infallibiliter assistentem Judicem esse. Spiritus enim S. assistit suæ Ecclesiæ non immediatè & interno quodam ductu & raptu; sed mediatè per *Verbum & Sacramenta*. Hinc pulchrè *August. l. de Unit. Eccles. cap. 3.* Ex, *Scripturis* petamus *documenta & probationes veritatis*, ibi *queramus Ecclesiam*, ibi *discutiamus causam nostram*. Item *l. de Unit. Eccles. cap. 16.* Sed *utrum ipsi Ecclesiam teneant*, non nisi *Divinarum Scripturarum Canonicis Scripturis ostendant*. Imò *Bellarmin. l. 1. de V. D. cap. 1.* inquit: *Cum Scripturam S. regula credendi certissima tutissimaq. sit, sanus professio non erit, qui eam neglectâ Spiritus interni saepe fallacis & semper incerti judicio se commiserit.*

25. III. Quæ *Coppeinstein* *Luthero* affingit *par. 1. Luthero-Calv. q. 13. & 14.* ea ad examen revocabuntur infra.

COPPENSTEIN. pag. 25.

HIMM. Utrique veritatem Dei labefactant sua dubitatione. *Pontificii* quidem: nam docent hominem non posse, nec debere certum esse de remissione peccatorum, & salute. *Calviniani* itidem plenis velis eandem dubitationem invehunt. 1. *Suo absoluto Electionis decreto* 2. *Particulari redemptione, vocatione, & gratiæ promissione.* 3. *Regeneratione probabili in Baptismo.* 4. *Voluntate divini signi, non beneplaciti.* Verè igitur dogmata ista causant desperationem, & tollunt certitudinem. 1. *Redemptionis.* 2. *Justificationis.* 3. *Conversionis.* 4. *Salvationis.*

SPONG. De *Calvinianis* vera nimis asseris. De *Pontificiis* item vera: sed falsam infers cum *Calvinistis* dubitationem. Docui satis in meo *Luthero-Calv. par. 4. q. 66. 67.* & cetera quæ memoras, hæresiarchica *Calviniana*, refutavi: & quatenus eis *Lutherani* consentiant explicavi. Sed hinc tu mecum *navim vestram,*

M

utrisq.

utrisq; eandem perforas, quâ vehimini Lutherò-Calvinistæ concorditer discordes. Malum! & Monstrum!

AP O L O G I A.

26. Resp. I. Coppensteinius largiendo, me de Calvinianis & de Pontificiis vera dicere, sed falsam exinde cum Calvinianis dubitationem inferre, idem facit ac si quis in Syllogismo utramque Præmissarum concederet, & tamen Conclusionem negaret. Ego ex ipsis Pontificiorum & Calvinianorum verbis demonstro, utrinque doceri Dubitationem. Hinc ita infero:

Quicumq; de Gratia Dei dubitandum credentibus esse docent, illi veritatem Dei labefaciunt, Deumq; mendacii arguunt.

Atqui Pontificii & Calviniani de gratia Dei credentibus dubitandum esse docent. Ergo

Major patet vel ex illo unico t. Joh. 5, 10. Qui non credit Deo, mendacem eum facit. Minorem Coppensteinius itidem non negat. Ergo qua ratione Conclusionem inficiabitur?

27. II. Fallit Coppenstein, quod nos hic per omnia cum Pontificiis consentiamus, & sic Lutherò-Calvinistæ simus. Etenim par. 4. Lutherò-Calv. q. 66 & 67. quidem probat Lutheranos cum Calvinianis contra Pontificios propugnare fidei certitudinem contra Conc. Trident. sed inde non sequitur, Calvinianos etiam alibi non propugnare contra nos cum Pontificiis dubitationem, atque sic sibi contradicere. Etenim licet interdum videantur nobiscum ex Scriptura S. defendere Fidei certitudinem, tamen sui quasi obliti, postea id quod una manu sunt largiti, alterâ subtrahunt, videlicet quando fingunt absolutam Electionem: particularem Redemptionem: probabilem infantium baptizatorum Regenerationem, unde non potest non dubitatio Papiistica consequi, uti p. 35. Harm. ostendimus.

28. Perinde igitur arguit Coppenstein, ac si quis ita argumentaretur:

Calviniani interdum (dicis causa) provocant cum Lutheranis ad Scripturæ S. auctoritatem.

Ergo cum Pontificiis nequaquam Rationem & Traditionem magis, quam Scripturam S. honorant; & per Consequens malè &

monet

monstrosè Papiſmi arguuntur. Annon, Coppenſteini, hoc ple-
riſque hæreticis eſt uſitatum, ut uno ore jam calidum, jam frigi-
dum ſpirent, modò affirmant, modò idem negent? Ergò noli
ſtatim tam incogitanter vocare id *Malum! Monſtrum!* niſi *malus*
monſtroſuſq; audire velis.

C O P P E N S T E I N. pag. 26.

H I M M. H A R M, VI. *Cælum Empyreum* locale fabri-
cant utrique, ubi Deus ſua eſſentia reſideat: & inde efficaciam
ſuam in mundum diffundat, in quod Chriſtus aſcenderit, ejus-
que partem occuparit. Nos id localiter & pueriliter delinean-
tibus conſiderandum relinquimus. Certè *Eſa. 64, 4. Oculus*
non vidit nec auris &c. Ephes. 4, 10. Aſcendit ſupra omnes cœlos,
Hebr. 7, 26. Excellior cœlis factus.

S P O N G. *Confitere; Ubiquetiſta es, an non? ſubodoror*
quod ſuboles. Vide age in meo Luthero-Calv. par. 1. q. 68, 69. quàm
in hoc Calviniſtæ cum Ubiquitariis concordent: quàmq; fortiter à
nobis expugnentur. Itaq; quod iſtorum quidam *cælum Empyreum,*
nobiscum aſſentiantur: negent alii id eorum diſcordiæ rectius ad-
ſcripſiſſes, quàm *Concordiæ nobiscum. Tu cum Ubiquiſtis & non-*
nullis Calviniſtis negatiſ Empyreum. Ergò eſtiſ Luthero-Calvini-
ſtæ. Non omnes aſſerimus cum nonnullis Calviniſtis: ergò hi ſunt
Calvino-Papiſtæ potiùs, quàm noiſ Papæ-Calviniſtæ.

Illud *Eſa. 64. De beatitate loquitur, non de loco illius: nam*
additur: quæ Deus præparavit diligentibus ſe. Porrò intra, an ſu-
pra cælum reſideat Chriſtus ad dextram Dei. S. Auguſtino Epist. 57.
Supervacaneum & curioſiſſimum eſt. S. Thomæ par. 3. queſt. 57.
a. 4. incertum.

A P O L O G I A.

29. *Reſp. Confitere, Coppenſteini, Localiſta es, an non?*
ſubodoror, quod ſuboles. Vide age in meo Papæ-Calv. par. 1. bar. 6.
p. 36, 37. quàm in hoc Papiſtæ cum Localiſtis concordent: quàmque
fortiter à nobiſ Scripturæ S. autoritate expugnentur. Itaque quod
iſtorum quidam interdum Vobiſcum cælum beatorum locale appel-
lant, interdum Nobiſcum negant, id eorum potiùs inconstantia &
propriæ diſcordiæ rectiùs adſcripſiſſes, quàm Concordiæ nobiſcum.

Tu enim, Tuiq; complices cum Calvinianis affirmant cœlum Empyreum, & quidem locale: Ergò estis Papæ-Calvinistæ & Localistæ.

30. Liceat mihi Coppensteini Tua tibi reponere & in Te retorquere verba quippe majori jure te ad Concordiam Papæ-Calvin. remitto, ubi ex professo hunc vestrum errorem refello, quàm tu me ad Tuum *Luthero-Calv.* ubi frigidè planè retractas. Ergò si vires, solidè responde ad Argumenta hîc tibi ob oculos posita. p. 37. *Papæ-Calv.*

31. Miserum enim est tuum illud effugium, quod ad unicum dictum *Esa. 64, 4.* excipis, illic de beatitate loqui Prophetam, non de loco illius. Imò quia expressè *Propheta ait: Nec in cor hominis ascendere beatitatem illam futuram;* ineptè igitur & pueriliter tecum multi de certo cœli *Empyreï loco corporeo* fabulantur; & an *Christus & Sancti, supra vel intra eum commorentur incertum esse.* Annon vestrum hocce locale & corporale ingenium depingitur *Job. 22: 13, 18.* quem locum integrum adduxi sub fin. *harm. 6 p. 37, b.* Et ubinam Scriptura sedem Beatorum vocat cœlum locale & corporeum? nùm *Ephes. 4, 10. Hebr. 7, 26.* Nugæ!

COPPENSTEIN. pag. 27.

HIMM. HARM. VII. Utrique *Arianissant*, Filium Patre minorem secundum divinitatem asserentes. Pontificis: ut 1. *Vischerus* Pater omnia in sapientia fecit, quæ est filius. Ubi in notat sub auctoritatem: cum Filius habeat à Patre quod creat. 2. Et *Bellarmin. l. 1. de Christ. c. 10.* Pater est fons & principium Personarum, & ea ratione quandam Majoritatem habet. 3. *Bellarmin. l. 3. de Christ. c. 15.* Antiquis sedere à dextris minus erat honorificum, &c. Si ergò *Christus* ut minor & inferior à dextris seder: non ergò ea sessio debet referri ad Majestatem divinam.

SPONG. Fingis de nobis. Nam Romana Ecclesia nunquam non defendit ὁμοδοσίαν contra Arianos priscos ac novos, ipsaq; Synagoga *Luthero-Calvinianæ* communis sententia est eadem: exceptis non nullis Vide meum *Luthero-Calv. p. 1. qq. 12; 64, 65. &c.* Quid igitur in scirpo nodum HIMMELI?

32. Resp. I.

32. Resp. I. *Quid hæc fingam Coppensteini, cum hujus harmonici vestri erroris Autores citârim ἀυτολεξεῖ loquentes, quos tu non rejicis sed recitas? Citare autorum verba luce meridiana clariora, estnè fingere? Sed hic est tuus Coccysimus, quo pondere Testimoniorum vestratum, & nostrorum Argumentorum, pressus nil aliud respondes, quàm hoc: Fingis.*

II. *Synagogæ Romanæ Dd. omnes unanimiter secundum Scripturam S. docuisse & docere adhuc ὁμοσίαν tu quidem dicis, sed reclamant tibi Vischerus, Bellarm. Cassanæus (quorum verba recitata sunt pag. 37, 38. Harm.) succenturiatur Tanner. disp. 3. in 1. part. Thom. c. 4. th. 54. ita scribens: Patri proprium est, esse Principium omnium Personarum præcedentium. Quocirca etiam nonnunquam major autoritate. Atqui, Coppensteini, ubi quædam majoritas autoritatis, num ibid. omnimoda ὁμοσία & æqualitas? Vides igitur, Coppensteini, nequaquam me hic nodum in scirpo quærere, sed vestram ἀκυρολογίαν, imò ματαλογογίαν in apricum saltem proferre.*

COPPENSTEIN pag. 28.

Dico ad Testes: Vischerum & Bellarm. I. Principium in Deo essentia est nullum: quia hæc est simplicissima in tribus Personis. Ideò in Deo non est essentiator, nec Essentiatus: nec Filius habuit Essentia Principium. II. Principium Personæ est originis, non temporis: hypostaseos, non ὁσίας. Ita Pater est Principium Filii & Spiritus S. III. Principium Personæ est 1. eorum, quæ sunt in ὁσία: ita Pater est Principium Filii, utérq; Sp. S. 2. Eorum, quæ sunt extra ὁσίαν: ita tres Personæ sunt principium omnium Craturarum. In singulis tribus est essentia & Personarum æqualitas in tempore & majestate: sed non in origine. Ita Pater est Principium Personarum, ut generans, nostro intelligendi modo: Filiusq; habet quasi subautoritatem. At sessio à dextris, quoad Majestatem notat æqualitatem: quoad Humanitatem, notat minoritatem. 2. Dixi supra ad Harmoniam. 3. quod hypostasis non addat ad Essentiam gradum, seu actum, sed modum essendi: & de hoc intelligendus est Vischerus & Bellarm.

APOLOGIA,

34. Dico ego te saltare extra chorum. Neque enim hic disputamus de voce Principii: An & quomodo Pater vocari possit totius Deitatis Principium? quod D. August. l. 3. de Trin. cap. 20. & Scholastici in 1. sent. dist. 12. q. 2. præfert. Thom. 1. d. 29. q. 1. a. 2. & alii, quorum plurimos citat Floravant. p. 178. de Trinit. it. Beca. part. 1. Theol. Schol. pag. 27. concedunt; sed disputamus de Majoritate, an ea Patri, & Minoritate ac Subautoritate, an ea Filio competat, quod Pontificii allegati temerè imò hæreticè affirmant; neque disputamus hic de minoritate & æqualitate Naturæ Christi humanæ, quam concedimus, sed divinæ, quàm contrà vos Arrianizantes negamus.

35. Neque hic disputatur de æqualitate originis, sed de æqualitate autoritatis majestatis & potentie: & vide ne incautus incidas in nassam Arrianorum, cum tua quasi subautoritate, dum dicis hic: Filius habet, quasi subautoritatem. Certè si hæc legerit Arrianus & Photinianus, statim inde concludet: Ergò non habet eandem cum Patre autoritatem, quia Particulæ Quasi & Sub denotant non æqualem, sed inæqualem & subordinatam quandam autoritatem. At nolo hæc morosius urgere, ne iterum Tibi videar nodum in scirpo quærere.

36. Nunc igitur nobis accedendum ad diluenda ista, quæ Luthero Lutheranisq; impingis Crimina, in Speculo Calviniano,

COPPENSTEIN pag. 60.

Qui faciunt hominem Christum Omnipotentem, imperiti sunt Luth in Conc. de Natali. Duo Christi sunt: unus Deus omnipotens: alter homo non omnipotens. Luth. Tom. 2. Witteb. f. 188. in Mensal. fol. 97. 98.

APOLOGIA.

37. Resp. Hæc verba Tom. 2. Lat. sive Witteb. sive Jen. non reperiuntur, sed Tom. 2. Germ. Witteb. Luth. pag. 188. ita loquitur: Weil er das nicht thut / so sprechen wir Gott ist allmächtig / vermag mehr denn wir sehen / darumb glaub ich seinen Worten / wie sie lauten. In Colloq. Mensal. pag. 97. autem hæc Lutherus habet:

haber: Denn da findet sich alsbald der Ketzer *Cerinthus*, der hat aus Mose gelernet / es were nur ein Gott / schlüsse derhalben Christus könnte nicht Gott seyn / wie Gott auch nicht kan Mensch seyn. Plaudert also aus der Vernunft / vnd gedachte / wie ers bey sich fassen vnd schliessen könnte / also müste es auch zugehen. p. 98. b. ita. Derhalben der mir einen solchen Gott fürmahlet vnd prediget / der nicht für mich gestorben ist / denselbigen nehme ich nicht an zum Gott / wer nun diesen Artikel hat / der hat den Hauptartikel des Christlichen Glaubens / wiewol der Artikel sehr nârrisch ist für der Welt. Christus spricht / der Tröster / welchen ich senden wil / wird nicht von euch weggehen / sondern bey euch bleiben vnd feck machen / allerley Unglück vnd Übel zu leiden. Jetzt sagt er / ich wil den Vater bitten / zuvor hat er gesagt / ich wils thun / zuvor redet er wie ein Gott / jetzt wie ein Mensch / Also lerne ich meinen Artikel / das Christus redet als Gott vnd Mensch. *Ubi hic dicitur, Coppensteini, quod sint duo Christi, unus Deus omnipotens, alter homo non omnipotens?*

38. *Idem Judicium est de verbis Lutheri, quibus in Conc. de Natal. Domini, asserit; imperitos quosdam Christum facere hominem omnipotentem. Hinc tragicè exclamat Bellarm. l. in Praefat. l. 1. de Christo. Quid autem est aliud (ait Robertus) non esse Christum hominem omnipotentem, quàm non esse Christum hominem Deum; sed duas esse in Christo Personas, ut quondam impius Hæresiarcha Nestorius prædicavit?*

39. *Sed hem ferta tibi, Roberte & Johan-Andrea, hem triumphos! At confidenter nimis Πνίχιον ante victoriam, ut est in Adagio. Omissa vetò enim depravatione loci istius Calviniana, qua ad impugnantiam evertendamque Majestatem, humanæ Christi naturæ communicatam, adversum, nos malitiosè suprâ & imperitè, abutuntur; Respondemus: Lojolitam committere ὁμοιοῦσµόν ὁρᾶ τὸ κῆμα τῆς λέξεως. Non enim, quod suo in cerebro sibi fingit Lojolita, ἰσοδυναµούντα sunt: Non esse Christum hominem omnipotentem. Et: Non esse Christum hominem Deum. Verùm ad Naturarum distinctionem verbis istis respexit*

spexit

spexit Lutherus, differens contra Schwencfeldium cum primis & similes fanaticos Eutychianos, qui humanam in Christo Naturam, creaturam esse inficiabantur: atque adeò humanitatem Christi post Resurrectionem, divinæ Naturæ per omnia exæquatam esse asseriebant: Ita quidem, ut jam humana natura, divinæ (quoad essentiam) per omnia sit æqualis, & quod sit hoc ipsum, quod Deus est. Quem verum esse & genuinum loci istius sensum, non saltem περὶ τούτου Textus evincit, sed verba etiam ipsa Lutheri emphatica evidenter arguunt, cum dicit: Die Menschheit Christi hat eben wie ein ander heilig natürlich Mensch/nicht allezeit (in statu nimirum exinanitionis) alle Dinge gedacht/geredt/gewolt/gemerckt/wie etliche einen allmächtigen Menschen aus ihm machen. Non ergò Subjectum omnipotentia, omniscientia & reliquorum idiomatum statuendam esse humanitatem, neque per se esse omnipotentem, nec propriam aliquam aut peculiarem, & ab omnipotentia τὸ λόγῳ diverfam habere omnipotentiam, monere verbis istis Lutherus voluit. Et ad verba illa immediatè ibid. sequentia, quem constituit heredem universorum &c. sic commentatur: Hoc secundum Humanitatem dictum est. Credere enim nos oportet, Christum non saltem secundum divinitatem, verum etiam secundum humanitatem esse super omnia, ita quidem, ut Christo homini omnes creaturae sint subjectæ.

C O P P E N S T E I N. pag. 60. & 62.

Vox Trinitas frigide omninò sonat. Luther, in Post. Dom. Trinit.

A P O L O G I A.

40. Si Coppenstein. Postilla Lutheri explicasset, utique paginam citasset: sed quicquid sit de voce Trinitatis, eam Luthe- ro nequaquam displicuisse, ut garrit Coppenstein ex Bellarmin. Testantur enim Scripta Lutheri de D E O uno & SS. Trinitate plu- rima, & Cantiones inde à diversis Autoribus compositæ, quæ nostris in Scholis atque Templis frequenter etiamnùm decan- tari consueverunt. De reliquis Lutheri testimoniis in Lu- thero-Calv. pessima fide citatis suo loco ex pro- fesso nobis differendum erit.

DISP. V.

DISPUTATIO V.

ANTI-COPPENSTEINIANA

De

PERSONA ET OFFICIO

CHRISTI.

RESPONDENTE

M. MATTHÆO LEONHARDO,

Reichenbacensi Varifco.

THESIS I.



N nullo doctrinæ Capite Pontificiis, præsertim hodiernis, tam benè convenit cum Calvinianis, quàm in hocce, quod est de persona & officio Christi, ut non immeritò quis dicat ex Psal. 2. v. 2. *Asliterunt Papistæ & conveniunt Calvinistæ adversus Christi personam, ejusdemq; officium.*

2. Hinc Coppensteinius vestigia Bellarm. premens errores Calvinianorum pleròsque hoc in loco palliat, excusat, approbat; atque ita cum reliquis Lojolitæ in castra non solum Calvinianorum, sed & Nestorianorum transit, Quod B. Lutherus jam dudum prævidit & prædixit non solum loco citato in *Papæ-Calv.* p. 39. sed & tom. 7. *Germ. Jen. de Concil.* ubi pag. 251. a. ita ait: *Und wer weis wie viel noch Nestorianer im Bapstthumb sind/die doch ditz Concilium (Ephelinum) hoch rühmen, und nicht wissen was sie rühmen.*

3. Sed videamus quid contra excipiat

COPPENSTEINIUS pag. 29.

Hi MM. Pontificii & Calviniani Nestorianizant, juxta Lutheri vaticinium: etsi his illi verecundiùs: idque in harmonica
1. Unionis hypostaticæ definitione. 2. Naturarum descriptione. 3. Officii Christi consideratione.

N

SPON-

SPONGIA. *Ridiculum, vanumq; cum Vate vaticinium: at
serium convitium. Dixisti: age docebo per singula.*

APOLOGIA,

4. *Resp. I. Committit Coppenstein, crimen falsi. Neque enim scripsi in harmon. pag. 39. Pontificios Calvinianis verecundius Nestorianizare, (quod forsan in gratiam Lojolitarum fingit, ne Papales notorii appareant Calviniani & Nestoriani) sed ita mea habent verba: Unus utrisq; amor, studium & eadem arma in Majestate Christi oppugnanda.*

5. *II. Falsò vani ac ridiculi vaticinii arguit B. Lutherum Coppenstein, quòd ita demonstro:*

Quòdcùnq; Vaticinium est adimpletum, illud non est vanum ac ridiculum.

Lutheri Vaticinium de Papismi Nestorianismo est adimpletum.

Ergò non vanum, non ridiculum.

6. *Propositio est liquida; Omnis enim Prophetia secundum D. Irene, l. 4. contra Valentin, c. 42. priusquam habet efficaciam, enigmata & ambiguitates sunt hominibus; cum autem venit tempus, & evenit quod prophetatum est, tum habet liquidam & certam expositionem. Assumptum roboratum est exemplo Lojolitarum Ingolstadenfium ac Bellarmini, & Calvinii ac Calvinianorum, mutuò sibi hoc in Articulo congratulantium, & de Nestorianismo gloriantium. Ergò stat Conclusio.*

7. *Et hoc dixi, ac jam per singula docebo, præmissurus hunc Syllogismum generalem:*

Quicùnq; cum Nestorio 1. unam duarum Naturarum in Christo

ἑνωσιν negant. 2. Unionem fingunt καὶ ἑνωσιν.

3. Quà ὁ λόγος in assumptâ Naturâ non secus inhabitet,

quàm in cæteris creaturis. 4. negant carnem Christi ado-

randa in unitate Personæ cum λόγῳ. 5. eandemque vivi-

ficam etiam facultate vivificâ ἔ λόγῳ propria, & à λόγῳ

realiter per unionem ipsi communicatâ inficiantur, illi sunt Nestoriani.

Atqui hoc faciunt Pontificii & Calviniani; uti in progressu ostendemus.

Ergò

8. Ergò utriq; sunt Nestoriani.

COPPENSTEIN. pag. 29. 30.

HARM. Harm. I. Unionem Naturarum hypostaticam definiunt nudo sustentationis & gestationis respectu: id est: consistere eam in communicatione solius subsistentiæ Verbi, non attributorum Deitatis. Ita Bellar. l. 3. de incarn. c. 8. & Calvinista. At verò consistit Unio in Reali communicatione tum hypostaseos, tum Idiomatum divinorum.

SPONG. Ubiquitarius est Himmelius. Confessio liquet. Sed nil docentem, nil quoque refuto: nisi dicentem dico. 1. Realem communicationem hypostaseos factam naturæ humanæ asserimus omnes Romano-Catholici, Lutherani, Calviniani. 2. Realem quoque Idiomatum divinorum, seu Essentialium, factam, fingunt Lutherani Ubiquitarii: negant Romani & Calviniani. Verbalem solam Idiomatum factam fingunt Calviniani; negamus nos & Lutherani. Ecce Concordiam discordem. Docui ista in meo Luthero-Calv. part. 1. qq. 24. & 25. quo remitto, Bell. l. 3. de Incarn. c. 9.

A P O L O G I A.

8. Resp. I. Coppenst. Localista est, qui Christum certo cœli loco corporeo astringit contra Script. Ego sum, sano sensu, Ubiquitarius cum Scriptura, cum Patribus orthodoxis, cum ratione sana, uti postea ostendam. 2. Falsum nil dico, siquidem & errorem Calvinio-Papisticum de nuda sustentatione dixi, & eundem ex Bellarmino & Calvinianis aliunde docui, uti liquet ex ipsius Spong. verbis; adde Harm. pag. 39. 40.

9. II. Realem Communicationem hypostaseos omnes Romano-Catholicos & Calvinianos asserere falsum esse, mox ostendam. Realem communicationem Idiomatum divinorum nos fingere, Coppensteinus fingit & dicit, non docet. 3. Non solos Calvinianos, sed & Pontificios solam Verbalem Idiomatum communicationem fingere, ita statuo:

Communicatio Idiomatum est vel realis, vel sola verbalis.

Atqui ex mente Coppenstein. non est realis. p. 30.

Ergò Verbalis sola.

10. Ne verò Coppensteinus prætendat, nos fingere Realem

Idiomatum divinorum communicationem, ideóque eam ita probo :

11. Quicquid Script. S. expressè afferit, non sine impietate negatur.

Atqui Idiomatica infinita, videlicet Omnipotentiam, Matth. 28, 18.

Omniſcientiam, Coloss. 2, 3. Omnipræſentiam, Matth. 18, 20.

Virtutem vivificandi, Johan. 6, 51. Cultum adorationis,

Matth. 2, 11. Naturæ Christi Humanæ realiter communicata

esse, Scriptura afferit.

Ergò hoc non sine impietate Pontificii negant.

12. Hinc ulterius ita colligimus.

Cuiusq; competit realis ὑπόστασιως τῷ λόγῳ Communicatio, ei-

dem quoq; competit realis Idiomatū ἃ λόγῳ Communicatio.

At Humanæ Naturæ Christi competit realis ὑπόστασιως τῷ

λόγῳ communicatio.

Ergò Realis Idiomatum ἃ λόγῳ Communicatio.

13. Propositio hoc proſyllogismo roboratur:

Quorum alterum non differt ab altero τῷ εἶναι, sed tantum τῷ

λόγῳ. Ἐ quidem ita ut alterum ὁσίως ἐνεκα sit μέθεκλον,

alterum μέθεχον: eorum si communicetur hoc, ἐξ ἀνάγκης

etiam communicabitur alterum. Et è contra: cui negatur

illud, eidem negabitur ἔ hoc.

At verò ὑπόστασις τῷ λόγῳ ab essentialibus

Idiomatis non differt τῷ εἶναι: sed tantum τῷ λόγῳ: ita

quidem, ut hæc sit μέθεκλόν τι ὁσίως ἐνεκα, illa μέθεχρον;

intellige λογικῶς.

Ergò si ὑπόστασις τῷ λόγῳ carnī realiter communicata est, ἐξ

ἀνάγκης eidem realiter ὁσία ἃ λόγῳ, ἔ Essentialia Idio-

matica eius communicata fuerint.

14. Major Proſyllogismi ita liquet:

Quicquid communicatur alteri, quod non est ipsum, non communi-

catur absq; Essentialia sua. Ita enim non communicaretur. Cujus

enim Essentialia nulla est, vel non est, ne ipsum quidem est, vel ali-

quid est. Unde quod communicatur, ut ne quidem Essentialia

com-

communicetur, non communicatur. Jam verò quæ differre τῷ λόγῳ diximus, eorum unum alteri est Essentiale, & alterum de altero ἑσίας ἕνεκα prædicatur. Quare si communicatur unum, etiam communicatur alterum, & quicquid de altero dici potest, itidem dici potest de altero: sive de superiore dicatur, ut per ipsum de inferiore dicatur, ut mediante ipso de superiore Πι μέρῳ particulariter quoque dicatur.

15. Porro ut repetam *Prosyllogismi nostri Conclusionem*. Si *hypostasis τῷ λόγῳ assumpta naturæ realiter communicata est*; Ergò etiam *divina Natura, quæ à Persona realiter non differt, communicata est*; idque in *Persona Filii, seu quatenus Characteristicà Filii proprietate limitata est*. Hinc ulterius ita argumentor:

16. Si *divina Natura*: Ergò etiam *divinæ Nat. Idiomata*. Nam cum alioquin *Philosophi dixerint: Dans formam, dat consequentia formam*, quæ sunt *Idiomata*: Etiam *divinæ Nat. Idiomata sunt ipsa divina Natura*. Siquidem in Deum nulla cadit compositio vel *partium Essentialium, vel Accidentis & Subjecti*.

17. Hactenus *Prosyllogismi nostri probatio fuit*: quam Φιλοσοφικῶς τέρως proposuimus in gratiam *Coppensteinii*, qui & in *Capite præcedenti magis pugnat rationibus Philosophicis quàm Theologicis*, contra quem hîc differere voluimus secuti vestigia *Damasceni, qui l. 3. de orthodox. fid. c. 6. eodem differendi tenore astruxit: Quod tota Divinitas in una sui hypostase non unita sit toti humanæ naturæ, & non pars parti.*

18. His addo ex ipsa *Script. & S. Patribus petita*:

Quicquid incarnatum, & assumpta Naturæ unitum est, id eidem realiter per unionem realem illam communicatum est.

At non solum Hypostasis τῷ λόγῳ incarnata & assumpta Naturæ unita est, sed etiam Divina τῷ λόγῳ natura.

Ergò etiam non solum Hypostasis τῷ λόγῳ assumpta Naturæ realiter communicata est, sed etiam Divina τῷ λόγῳ Natura, atq; Idiomata ejus: quæ uniri ἀκέρως, communicari rectius, dicuntur.

19. Assumptionis probatio est in proclivi. Primò probari potest ex Paulo, qui totam Divinitatis plenitudinem in Christo inhabitare $\sigma\omega\mu\alpha\lambda\iota\kappa\omega\varsigma$ corporaliter, Coloss 2, 9. ait. Inhabitare autem corporaliter quid est aliud, quàm assumpto corpori, vel assumptæ Humanæ naturæ realiter unitum & communicatum esse? Sicuti Damascenus explicat, cum ait. Dicimus omnem & perfectam Divinitatis naturam in una sui ipsius hypostaseon unitam omni humanæ naturæ & non partem parti. Ait enim D. Apostolus, quod in ipso habitet omnis plenitudo Deitatis corporaliter, $\kappa\alpha\tau\epsilon\sigma\tau\iota\nu\ \epsilon\upsilon\ \tau\eta\ \sigma\alpha\rho\kappa\iota\ \alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon\varsigma$ in carne ejus. Non igitur sola Hypostasis, sed etiam tota Deitatis plenitudo assumptæ Naturæ realiter unita & communicata est.

20. Secundò ejusdem probationem suppeditat Joh. Damascenus lib. 3. c. 6. de orthod. fid. Syllogismus primarius est talis: Si Deitatis Natura omnis in unaquaq; suarum Hypostaseon perfecta est, omnis in Patre, omnis in Filio, omnis in Spir. S. sequitur & in Humanatione, unius sanctæ Trinitatis Dei Verbi & perfectam divinitatis naturam, in una sui ipsius hypostaseon unitam omni Humanæ Naturæ, & non partem parti.

At confitemur, ait Damascenus, Deitatis Naturam omnem in unaquaq; suarum Hypostaseon perfecte esse omnem in Patre, omnem in Filio, omnem in Spir. S.

Ergò sic & in humanatione dicimus, unius sanctæ Trinitatis Dei Verbi, omnem & perfectam divinitatis Naturam in una sui ipsius Hypostaseon unitam omni humanæ Naturæ & non partem parti.

21. Propositionis consecutio plana est: Cum enim Substantia secundum seipsam hypostasis non sit, sed in hypostasibus servetur, propterea patiente unâ Hypostaseon (in sua carne) omnis substantia, quatenus passa hypostasis, passa esse dicitur in una sui ipsius hypostaseon: non tamen necesse est omnes ejusdem speciei hypostases simul pati cum Hypostasi patiente. Ita & de Incarnatione $\tau\alpha\ \lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ in divinis sentiendum.

22. Assumptionem probat 1. Quia & perfectus DEUS Pater, perfectus DEUS Filius, perfectus DEUS Spiritus S. 2. Quia una-

unaquæque Hypostaseon ejusdem speciei perfecta Substantia est: quam ob causam ab invicem non differunt hypostases secundum substantiam, sed secundum Accidentia, quæ sunt characteristicæ, signalésque proprietates. Nam quæ communia & Universalia sunt, prædicantur de Subjectis sibi particularibus. Substantia verò communis est, particulare hypostasis: Particulare autem, non quia partem Naturæ habet, sed particulare numero ut Individuum. Numero enim & non Naturâ differre dicuntur hypostases. Itaque substantia prædicatur de Hypostasi. Hæc Damascenus.

23. Tertio Epistola ad Philip. cap. 2: 6, 7. hoc comprobatur, quæ Christus cum in formâ Dei esset, formam servi accepisse ait. Unde August. lib. 1. de Trin. cap. 11. sic disserit. *Etiam seipso Christus factus est minor, formam servi accipiens. Neque enim sic formam servi accepit, ut amitteret formam Dei, in qua erat æqualis Deo Patri: ut & in forma servi & in forma Dei idem ipse sit unigenitus Filius Patris: quod forma Dei accepit formam servi. Si autem forma Dei formam servi accepit, sine dubio natura naturam accepit. Formæ enim nomine Natura significatur; ut August. evidenter docet, lib. de fide ad Petrum: Cum, inquit; de Christo audis: quia in forma Dei erat: oportet te agnoscere firmissimèque tenere in illo Formæ nomine naturalem plenitudinem debere intelligi. In forma Dei ergo erat, quod in Natura Patris semper erat, de quo natus erat.*

24. Quarto, Si divina natura τὸ λόγῳ assumptæ carni communicata non esset realiter, de nihilo esset hoc Christianæ Ecclesiæ Symbolum; *Homo est Deus*, & quæ de Unionem duarum Naturarum in Christo inde post natam Ecclesiam jactantur. Multa etiam præclara Testimonia Scripturæ veritate suâ exciderent præter superiora: ut quod Deus suo sanguine nos redemisset; Dominus gloriæ crucifixus, Deus carne passus, secundus homo in Spiritum vivificantem factus dicitur. Quomodo germen Davidis Jehovah appellabitur? Quomodo Filius, quem virgo paritura erat, nomen vocabitur Immanuel, id est, nobiscum Deus: Si sit absque eo, quod Humanæ naturæ Divinitatem Filii unitam & realiter

realiter

realiter communicatam religiosè profiteamur? *Sicuti* n. Filius hominis Filius Dei dicitur, quia persona Filii Dei assumptæ Humanæ naturæ cōmunicata est realiter: ita sanè, si Homo sit Deus, non aberit, quin eidem Humanæ Naturæ communicata sit Divina natura Filii. Neque redemit nos Deus, aut pro nobis passus est, nisi carni, quâ passus est, unita & realiter cōmunicata sit Deitas, juxta vulgatam regulam Logicorum e Conjugatis: Cui concretum tribuitur, eidem rem inesse necesse est, quæ effertur voce abstracti. Quid enim sine Deitate Deus? Divinam naturam tolle, non est Deus.

25. Denique nos juvat disputatio Petri Lombardi libr. 3. distinct. 5. sect. 1. quâ quæstio excutitur: *Utrum natura assumpserit naturam?* Proponit Concilium Toletanum octavum, quod sic ait: *Solum Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: Et cum tota Trinitas operata sit formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis: solus tamen Filius accepit hominem in singularitatem personæ: nō in unitatem Naturæ: id est, quod est proprium Filii, non quod est commune Trinitati.* Tandem opponit testimonia Ambrosii, Hilarii & Augustini, qui inter cætera in lib. de fide ad Petrum: *Nec Divinitas, ait, Christi aliena est à Naturâ Patris. secundum illud: In principio erat Verbum: nec humanitas ejus aliena est à Natura Matris, secundum id, quod Verbum caro factum est.* Illa enim Natura, quæ semper genita manet ex Patre, Naturam nostram sine peccato suscepit ut nasceretur ex virgine. *Ultimò solutionem suam interponit inquit: Nos omnis mendacii & contradictionis notam à sacris paginis secludere cupientes, orthodoxis Patribus atque Catholicis Doctoribus nullâ prævæ Intelligentiæ suspitione notatis consentimus, dicentes: & Personam Filii assumpsisse humanam Naturam: Et Naturam divinam Humanæ Nat. in Filio unitam: eamque sibi unisse vel assumpsisse: Unde & verè incarnata dicitur. quod verò dicitur solus Filius formam servi accepisse, per hoc non excluditur divina Natura ab acceptione servilis formæ, sed aliæ duæ Personæ Pater sc. & Spiritus S.*

26. Ex his ita positis colligitur, neque Pontificios neque Calvinianos realem Hypostaticam communicationem firmiter & fun-

fundamentaliter nobiscum credere, prout hic Coppenst. pag. 29. gloriatur, quod ita demonstro:

27. Cuiusq; negatur realis Idiomaticum τῆς λόγῃ communicatio, eidem quoq; negatur realis τῆς ὑπόστασεως τῆς λόγῃ communicatio.

Atqui à Pontificiis & Calvinianis assumptæ Christi naturæ negatur realis Idiomaticum τῆς λόγῃ communicatio.

Ergò à Pontif. & Calvin. Christi Naturæ assumptæ realis ὑπόστασεως τῆς λόγῃ communicatio negatur; & per Consequens, non erit una duarum Naturarum Christi ὑπόστασις, quod plane Nestorianum.

28. Quod si verò Coppenst. cum Becan. c. 7. de comm. Idiom. q. 4. & cum Jodocono Naumo Calviniano, quo ad Omnipresentiæ Carnis Christi ad Argumenta nostra ita exceperit: *Ubiq; λόγῃ est, ibi ita quidem esse, ut carnem assumptam secum habeat, licet non in omnibus locis, ubi ipse λόγῃ est, tum Respondemus.*

29. I. Hanc exceptionem secum pugnare. Nam si *λόγῃ ubiq; est Carnem secum habet; Caro erit, ubiq; que est λόγῃ.* Quippe particula, *secum*, notat coexistentiam in loco, ut si dicam: Sapiens omnia sua portat *secum*; intelligo, omnia quæ Sapiens sunt, *ibidem* esse, *ubi* Sapiens est. Aut si caro non est ubiq; est ὁ λόγῃ, λόγῃ non habebit secum carnem, ubiq; est. Quod probat omnium benè loquentium usus.

30. Pro nostra igitur sententia ita argumentamur: *Si λόγῃ ubi ubi est, incarnatus est; Ergò ubiq; λόγῃ est, ibi seu illo in loco est caro assumpta.* Atqui λόγῃ incarnatus ubiq; est. Ergò.

31. Connexionis ratio probatur. Quia *incarnatum esse λόγον*, nihil aliud est, quàm λόγον existere in Carne, non extra Carnem. Ergò λόγον incarnatum esse hic vel alibi, est λόγον hic vel alibi existere in Carne, & ubiq; non existere extra Carnem.

nem. Ergo incarnatum esse ubique, est ubique existere, & inhabitare in Carne, & ubique non existere extra carnem.

32. Assumptum ita probatur: Si λόγος non esset ubique incarnatus, sed alibi (ubi caro esset) esset in Carne sua; ideoque incarnatus; alicubi verò (ubi caro non esset) extra carnem, ideoque non incarnatus; tum idem λόγος posset dici ἑνωστικὸς καὶ ἀσπικὸς: & quia totus est, ubicunque est, totus ubique esset & ἑνωστικὸς & ἀσπικὸς. Consequens ἀθεολογόν. Ἀθεολογόν igitur Antecedens.

C O P P E N S T E I N pag. 30.

H I M M. Harm. II. Utrique Naturam seu Essentiam divinam, relatè consideratam, & ejus hypostasin divellunt; dum Reale inter easdem discrimen fingunt ita, ut una ab altera esse possit. Ita Bellarm. l. 3 de Christo. c. 8. 9.

SPONG Fundamentum hic proponit Ubiquitatis, dum fingit unionem Verbi ad Naturam humanam in Christo esse factam in hypostasi cum Essentiâ; ideoque Essentialia idiomata Dei cum persona secunda, simul realiter esse communicata Humanitati. Hoc ulcus: unguens dabo. Strictim. Prius huc repete Spongiam meam Harmoniæ in Cap. 2.

A P O L O G I A

33. Resp. Fundamentum omnino pono & supra posuè Omnipresentis seu Ubiquitatis non fingendo Unionem Verbi esse ad Naturam humanam in Christo factam in hypostasi cum Essentiâ, ejusdemque Idiomatis Essentialibus: sed prolixè satis & solidè tum Theologicè tum Philosophicè demonstrando; uti ex paulo ante dictis clarescit. Ergo ut hoc ulcus pressius tangam, Tu hunc Coppensteiniæ cape Syllogismum:

34. Quicumque negat Omnipresentiam Humanæ Christi Nat. is quoque negat unâ duarum in Christo Naturarum hypostasin.

At Coppenst. (cum aliis Lojolutis & Calvinianis) Omnipresentiam Humanæ Christi Nat. hic negat & oppugnat. Ergo

35. Propositio confirmatur: Quia ὑπόστασις illa duarum Naturarum non nisi divinæ Naturæ Essentialiter propria hypostasis est, ut superius demonstratum: Hinc ita arguo:

36. Assum.

36. *Assumpta Humana Nat. particeps est facta aut totius ὑπόστασεως τῆς λόγου, aut partis ejus. Atqui partis ejus particeps omnino non est facta. Ratio: Quia est ὅλως ὅλον π ex toto totum, quod partem extra partem, in quas dividuum sit, non habeat, ut quicquid ejus ubicunque sumas, totum sumas. Sed nec totius Hypostaseos particeps est facta: si Lojolitarum sententia obtinere debeat. Ergo Humana natura neutiquam Hypostaseos τῆς λόγου particeps est facta. Et vi consequentis: Non erit ex illorum sententia una duarum Naturarum Hypostasis.*

37. *Assumptionem hujus Syllogismi roboro:*

Si totius Hypostaseos τῆς λόγου assumpta Natura facta est, assumpta Natura fuerit ubique. Consequens illi negant. Negabunt igitur Antecedens.

38. *Connexionis ratio plana.*

Cujus enim Hypostasis est ubique, id ipsum quoque ubique est.

Assumptæ naturæ hypostasis ubique est: Quia est τῆς λόγου ὑπόστασις, cujus totius particeps ipsa assumptione sui in λόγον est facta.

Ergo assumpta natura ubique est.

39. *Ulterius: Aut λόγος ibi tantum est, ubi est caro per Naturam suam: Quia omnis ὑπόστασις ejus est ὑπόστασις carnis: Aut λόγος erit ubique, ut tamen caro non sit ubique. Utrumque absurdum. Ita enim λόγος, qui totam suam hypostasin realiter carni communicarit, esset ubique extra suam ὑπόστασιν, quæ esset, ubi caro esset, quæ totius ejus particeps facta est. Aut denique, quod verum est, assumpta caro cum assumente λόγος fuerit ubique, cujus ubique præsentem hypostasin sibi accepit. Interim quod λόγος totus sit incarnatus, Paulus gravissimè docet, Col. 2, 9. Quem sequuntur Cyrillus lib. 4. in Johan. cap. 12. Et Damasc. lib. 3. c. 6.*

40. *Ex quibus ultrò patescit, quid sentiendum de coelurno, quem hic necit Coppenst. p. 31. & 32. ubi coelum terræ miscet, & tandem quasi omnia recto starent talo, ita conclu-*

dit. Non igitur divellimus, sed rectè distinguimus naturam, & hypostasim; naturalia Dei communia, & hypostatica personæ propria: Non quod natura separari à persona possit: sed quod confundi non debeant. Scilicet! En Coppenst. Syllogism.

41. Quicūq; communicationem ὑποστάσεως exclusivè accipiunt, ita ut opponatur Naturarum & Idiomatum communicatione, illi certè Naturam à persona separant;

Hoc faciunt Pontificii. Ergò.

42. Major est ἀξιόπιστος. Minor liquet non solum ex Spongiá hacce Coppenst. sed etiam ex aliorum Pontificiorum verbis, quæ citavimus *Disp. II. Papif. th. 10.* Ubi etiam *th. 14.* evicimus, quomodo *Papismus formalem Incarnationis Causam* enervet. Ergò.

C O P P E N S T. pag. 33.

III. HIMM. Utrique concordant in Modo assumptionis; quod Persona assumerit corpus mediante anima: quod erroneum est I. Quia nullo Scripturarum fundamento nititur.

SPONG Multo Scripturarum fundamento nititur hoc, quod animatum corpus sumens de virgine Christus vixit homo in forma servi &c.

A P O L O G I A.

43. Resp. Coppenst τὸ ἐν δεξιῇ λαμβάνει. Ego pag. 41. Concord. scripseram: Nullo Scripturarum fundamento opinionem hanc Scholasticorum niti. Quid ad hæc Coppensteinius. Multo, inquit, Scripturarum fundamento nititur hoc. At hoc est in Quæstione; Ergò si tam multo Scripturarum testimonio hæc opinio nititur, quare unicum saltem ex tam multis non allegavit, cum sciat manus nostras esse oculatas, & credere quod vident? Nam illud quod de forma servi allegat, nihil ad rhombum.

44. Et ratio tua Coppensteini, quam mutuatus es ex *l. 3. sent. dist. 1.* & allegas *pag. 31. n. III.* delumtam ex medio congruentiæ, itidem principium petit, & militat contrà fundamenta *pag. 41. Papæ-Calv.* à me adducta, ad quæ quid excipias videamus.

C O P.

COPPENSTEIN pag. 33.

HIMM. II. Quia anima ex parte assumens statueretur.

SPONG. Negatur assumptum. Quia tota natura humana est assumpta, Ergò & pars ejus potior anima.

APOLOGIA.

45. Resp. I. Frigida hæc exceptio Coppenst. siquidem Quæstio & Comparatio hic non instituantur inter personam & λόγος integram assumentem, & Naturam divinam integram assumptam; sed inter Naturæ humanæ partem alteram videl. animam, & alteram videl. corpus, annon alterutra pars assumens, alterutra verò assumpta dici ex opinione Pontificio-Calvinianâ, mereatur, quod ita probamus:

46. si anima prius quam corpus est in ὑπόστασις & λόγος assumpta, sequitur animam respectu corporis esse assumentem, & corpus respectu animæ esse assumptum. Verum Antecedens ex sententiâ Pontificio-Calv. Ergò & Conseq.

47. Ratio Connexionis est isthæc:

Quicquid in ὑπόστασις & λόγος modò erat, antequam assumeretur corpus humanum, illud erat assumens, non assumendum.

Atquæ anima, ex sententiâ Pontificio-Calv. erat modò in ὑπόστασις & λόγος, antequam assumeretur corpus humanum.

Ergò non erat assumenda, sed ad se in suam ὑπόστασις personalem corpus assumens. Atque hinc patet Responsio ad Exceptionem Coppenstein. 3.

COPPENSTEIN. pag. 34.

HIMM. IV. Humanæ Christi naturæ, vi Unionis personalis, communicata sunt dona verè divina, infinita, increata, ut Omnipotentia, Omnipræsentia, cultus adorationis, sessio ad dexteram. Quæ negant Pontificii & Calviniani tùm in genere, tùm in specie: sed accepisse ajunt finita, creata, habitualia. Testes recito.

SPONG. Reclè negant illa; hæc q. ajunt: Docui in Luthero-Calvin.

Calvin. par. 1. q. 26. in Anti-Christo p. 1. q. 9. ex Scripturis. Quia illa sunt Essentialia Divinitati, & communia Trinitati seu personis cum Essentia: in Christi autem humanitate sunt finita & excellentia dona gratiæ, non naturæ. Cui idcirco adorationis cultum hyperduleuticum deferimus, non latriam: Calvinistæ verò maledictum nominant, qui humanitatem Christi religiose coluerit: illamq; nostram cultus distinctionem, sicut & Lutherani, rejiciunt.

A P O L O G I A.

48. Resp. Te judice Coppenst. rectè; at judice Script. & minus rectè imò impiè negant, quippe cum teste Scripturâ, Christo sit data omnis potestas in cælo & in terra, Matth. 28, 18. Num verò hæc potestas finita an infinita? Cùm in Christo habitet omnis plenitudo Deitatis $\sigma\omega\mu\alpha\lambda\eta\upsilon\omega\varsigma$, Col. 2, 9. num & hæc finita? cum & in specie doceat Christo esse datam Omnipotentiam, Omniscientiam, Omnipræsentiam, ut suprâ ostensum, num & hæc tibi finita erunt?

49. Quæ affert Coppenst. part. 1. Luthero-Calv. pag. 25. ea nequaquam ex Verbo Dei, sed ex cerebro humano ac Calvinopapistico sunt petita.

50. Talia sunt pag. 45. l. d. absurda absurdè collecta hæc; si vid. Communicatio proprietatum infinitorum statueretur, tum sequitur 1. proprietatum Confusionem. Quod nos negamus, siquidem Personalis communicatio non importat proprietatum Confusionem, sed communem usurpationem. 2. Propria desinere esse propria; ubi itidem sequelam negamus: siquidem propria desinunt esse propria, si vid. alteri subiecto communicentur, non si in eodem subiecto manent. 3. esse contradictionem; Creatum esse & non creatum, finitum & non finitum, ubiq; & non ubiq;. Sed neq; hoc sequitur, siquidem contradictionis leges hæc locum non habent. Etenim Christus est increatus secundum divinam, & creatus secundum Hum. Nat. sic & finitus secundum humanam & infinitus secundum divinam Naturam; ita Caro Christi est ubique personaliter, non ubique Naturaliter. Sed de his ad nauseam usque jam toties responderunt nostrates Theologi, ut mi-

rec

ter Te ejusmodi *Φλυαρίας* repetere, iisdemque delectari, quæ tyrones Theologiæ apud eos, Dei beneficio, diluere possent.

51. Ergò corrunt vestra finita, & excellentia dona gratiæ, non Naturæ, hoc est *dona habitualia*, quæ quidem nos non negamus, sed non sufficere ad *formam & effectum* Unionis personalis exprimendum, intrepidè ex Scripturâ asserimus; & dona præterea infinita & verè divina etiam *Hum. Naturæ* communicata demonstramus partim in genere 1. ab Infinita *ὑποστάσεως* communicatione, Johan. 1. 2. ab immensurabili Spirit. S. unitione, Psal. 45, 8. Hebr. 1, 9. 3. ex totius plenitudinis Deitatis inhabitatione, Coloss. 2, 9. 4. ex Majestatica ad dexteram DEI collocatione. Hebr. 1, 4. partim in Specie ex communicata Omniscientia, Omnipotentia, &c. uti jam ante dictum & evictum est.

52. Distinctio vestra inter *λατρείαν*; quàm DEO *δουλείαν* quàm Sanctis, & *ὑπερδουλείαν* quam Virgini Mariæ & Christo tribuitis, hocce prosternitur Syllogismo:

53. Quacûmq; distinctio 1. Script. S. autoritate est destituta. 2. S. Patribus ignota. 3. Analogiæ fidei contraria. 4. Rationi sanæ & 5. praxi Pontificiæ adversa, illa est conficta & excogitata. Talis est hæc distinctio Papistica. Ergò est conficta.

54. Propositio à nemine negabitur. Assumptio à nobis ex professo est ordine demonstrata in *Tract. Method. de Natura invocat. religio*, contra *Apostat. Nihus. part. 2. c. 1. à pag. 284. 317*. Ergò stat Conclusio, quod vid. hæc distinctio sit conficta & excogitata: uti id concedere cogitur *Bellar. l. 1. de Beat. Sancti, cap. 12. §. penult.*, cujus verba recitavimus *tract. d. pag. 317*.

55. Hic, *Coppensteini*, velim in specie tu probè notes Syllogismi adducti membrum 3. ab analogia fidei desumptum, quod ita probo:

56. Quacûmq; distinctio 1. eodem cultu & creatorem ac creaturam, imò 2. majori Creaturam quam Creatorem honore afficit. 3. Personam Christi Nestoriano modo solvit, illa est Analogiæ fidei contraria.

Atqui

Atqui hæc vestra distinctio talis est. Ergò.

57. *Assumptio probata est Tract. de Invoc. Relig. pag. 292, 304.*

58. *Totum Christum verò unâ adoratione etiam secundum carnem religiosè & divino cultu esse adorandum probatur I. à Scripturæ s. assertione, Job. 5, 21. Dan. 7, 14. Rom. 14: 11, 12. II. ab Exemplorum multitudine, Actor. 7, 59. Apoc. 5: 12, 13. III. à Consequentia necessitate, quæ ducitur, à Personæ Majestate, Heb. 1, 4, 5, 6. 2, ab officii dignitate, quippè qui etiam secundum carnem noster Mediator, Pontifex, Advocatus, Propitiator, Salvator, Rex, Dominus, Judex vivorum & mortuorum. 3. à communicata potestate & gloriosa exaltatione. Quæ singula membra sunt latius deducta part. 2. de Invoc. Relig. à pag. 194-204. unde petantur; his adjungantur Testimonia Patrum citata pag. 210-213. nos probè ponderandum hîc recitamus unicum hocce Cyrill. in Synod. Eph. anath. 8. Si quis audet dicere &c.*

59. *Neque hîc diversum sentiunt Calviniani à Papis; licet enim distinctionem hanc Papisicam negent respectu Mariæ & Sanctorum, tamen eandem non quo ad sonum, sed quoad sensum concedunt, nim. respectu Hum. Carnis Christi, quam non eodem, sed inferiori cultu quàm divinam Naturam adorandam esse publicè docent, uti constat eorundem verbis in Papæ-Calv. pag. 42. b. citatis. Unde ex Calvinianorum Societate hîc sese Coppenstein. cum gregalibus eximere haud potest.*

COPPENSTEIN. pag. 34. 35.

HIMM. Harmonia III. utriq; officium Christi enervant, I. Quia Christi meritum esse negant Universale. Bellarm. l. 2. de gra. & lib. arb. cap. 8. Credimus Deum absoluta voluntate velle salvare multos, absolutâ voluntate non velle salvare alios. Sic Calvinistæ omnes.

SPONGIA. Fingis. Negant Calvinistæ, finguntq; esse speciale meritum solis Electis Lutherani aliqui fingunt, etiam infideles omnes esse Liberatos per Christum à Diabolo: at Redemptos non omnes. Papisæ docent, Christi meritum esse Universale actu

☞

Et sufficientia: at non usu & applicatione. Vide Luthero-Calvin. part. 1. qq. 99. 60. 61. Et sic sentit, dicit, docet Bellarminus. Cæterum, Absoluta Dei voluntas est Beneplaciti: hac non vult positive, fieri peccata, & damnationes. Conditionata est signi, estq; prohibitio nolentis aliquid fieri: sin fiat, est volentis puniri aut damnari. Hæc vult omnes salvare voluntate absolutâ Antecedente: non omnes absolutâ Consequente: multos salvare absolutâ Antecedente & Consequente. Aliquos non salvare absoluta consequente, & conditionatâ antecedente voluntate. Vid. Bell. lib. 2. de statu pecc. c. 16. §. 7. & l. 2. de grat. & lib. arb. c. 3. Ad. 8. & c. 8. sub finem. Itaq; discordant Papistæ & Bell. à Calvinistis: his concordant partim Lutherani.

A P O L O G I A.

60. Resp. 1. Non fingo, neque omnibus hanc opinionem affingo, sed Bellarmini eam esse ex ipsiusmet à me verbis recitatis convinco, p. 43. b. 2. de Absolutatâ Antecedente quàm Consequente voluntate nil novit Scriptura, nil pia Antiquitas. 3. Quid de Voluntate Signi & Beneplaciti, item de distinct. inter Sufficientem & Efficientiam sit judicandum, docemus disp. 3. Anti-Calvin. th. 25-29. & disp. 7. th. 46-60.

61. Sed quinquæ Coppensteini sunt Lutherani isti, qui docent; infideles omnes liberatos per Christum à Diabolo, at redemptos non omnes. Mihi sanè hætenus fuere ignoti. Part. quidem 1. Luthero-Calv. quæst. 59. pag. 92. n. 2. facis mentionem Heshusii, sed non nisi fide Clebitii, qui provocat ad Heshusii Conciones, Disputationes, Colloquia; quæ provocatio nobis merito est suspecta, cum nil tale proferatur ex Dn. Heshusii Scriptis, quæ planè aliud testantur.

COPPENSTEIN. pag. 36.

HIMM. II. Quia utriq; docent, Filium Dei incarnandum fuisse, licet homo non peccasset.

SPONGIA. Id problema est, ingenii exercendi commune orthodoxis & heterodoxis.

A P O L O G I A.

62. Resp. Si hæc Responsio syllogismo includeretur, nil concluderet, Tale verò fuit inde Argumentum à fine deductum.

P

Quis

Quicquid ingenii exercendi gratiâ suscipitur, illud non est improbandum.

Atqui hoc problema ingenii exercendi gratiâ suscipitur. E.

63. Resp. *Majorem* non esse simpliciter & absolute seu $\kappa\tau'$ παντός veram; sed ita limitandam: *Quicquid ingenii exercendi gratiâ legitime, & de rebus honestis & piis suscipitur, &c.* Qualis enim finis, talia etiam sint media. Atqui problema hoc ce ratione suâ affirmasive pugnat 1. cum Scriptura. 2. Patrum *ορθοδοξία*. 3. Ratione sanâ, uti ostendimus pag. 44. Concord. it. disp. 11. Papis. th. 18. Ergo non esset defendendum & propugnandum.

64. Quod intellexit etiam Cicero, qui l. 2. de N. D. *Mala*, inquit, & *impia consuetudo est adversus Deum*, (ejusq; verbum) *disputandi, sive serio fiat, sive simulate*. Et *Alciatus vester* prudenter dixit: *inutiles illas speculationes & questiones id in divino cultu esse, quod canis in balneo*. Quo spectat & hocce *August.* Epist. 7. ad *Marcell.* Si ratio contra *Divinarum Scripturarum auctoritatem* redditur, quamlibet acuta sit, fallitur *verisimilitudine*, nam vera esse non potest.

COPPENSTEIN pag. 36.

HIMM. II. Quia utriusque ajunt, Christi satisfactionem non fuisse necessariam.

SPONG. Fingis. Distinguiamus nos: Non fuit, necessitate absoluta ex parte Dei. Fuit necessitate mediæ ex parte nostra. Calvinista n. l. distinguunt aliqui. Vide *Luthero-Calv. part. 1. qq. 59. Anti-Christum part. 1. q. 15, 16.*

APOLOGIA.

65. Resp. i. Qui fingam hoc *Coppensteini*. cum id verbis vestratium clare id evincam, quæ etiam palliare studes distinguendo inter necessitatem ex parte Dei absolutam, & inter necessitatem mediæ ex parte nostri. Atqui hanc distinctionem Tu nomine *Scholasticorum fingis*, qui hac distinctione vix uspiam utuntur.

COPPENSTEIN pag. 36.

HIMM. IV. Quia utriusque ajunt, Christum pro peccato Originali tantum satisfecisse: illudque *Johan. 1. Agnus Dei,*

Dei,

Dei, qui tollit peccata mundi; de solo Originali intelligunt.

SPONGIA. *Fingis.* Nos verò id pernegamus, asserimusq; satisfecisse Christum pro omnibus peccatis: Idemq; dicit Concilium Tridentinum, & Bonaventura: quibus citatis injuriam irrogas.

A P O L O G I A.

66. Resp. 1. Coppensteini, si tuum FINGIS non haberes, quid quæso responderes? 2. Me non injuriam facere Concil. Trident. vel aliis Pontificiis patescit ex verbis Concilii Trident. allegatis à me pag. 44. b. quibus correspondet Thom. Aquin de Sacr. Altar. inquit: *Sicut Corpus Domini semel oblatum in truce pro debito originali: sic offertur jugiter pro nostris quotidianis delictis in altari.* Sic Catharinus contendit: *Christi passionem TANTUM satisfecisse pro Originali peccato, & actualibus Baptismum antecedentibus. Missam verò satis facere pro peccatis Baptismum & primam justificationem sequentibus.* Sic Tapper. in art. de satisf. pag. 241. *Christus est, ait, Causa salutis Universalis, sed nec totalis nec integra.* Eadem est sententia Gregor. de Valent. cujus verba adduximus *Disp. II. Papist. th. 19. & errorem eundem profligavimus th. 20.*

COPPENSTEIN. pag. 36. 37.

HIMM. V. Quia utrique docent, Christum sibi aliquid promeruisse. Festes recito.

SPONG. Nos constanter id asserimus: Lutherò-Calvini-
stæpernegant. Vide in meo Lutherò-Calv. pag. 1. q. 58. inq; Anti-
christo p. 1. q. 15. Ergo nos sumus Papæ-Calv.

A P O L O G I A.

67. Resp. Mitum Coppensl. quod hic non repetas tuum FINGIS. Etenim non plura (modò non pauciora) hic produco vestratium Testimonia, quam produxi a tibi, ubi tamen plerumque tuum FINGIS annexis. Laudo igitur hic tuam ingenuitatem, quâ fateris hoc vos asserere constanter.

68. Erras autem 1. quod putas hoc omnes Papistas (ita enim intelligo tuum *Constanter*) docere, cum tamen in contrariam abeat sententiam vester Vega in opusc. de merit. quest. 6. ubi ita: *Christus, ait, totam suam gratiam, totamq; gloriam essentialem*
sine

sine meritis propriis habuit in primo suo humanitatis statu, nec non indirecte meruit gloriam corporis. 2. Calvinistæ id pernegarent? cùm tamen vobiscum id asserant Zanchius, Vorstius, Piscator, quorum verba allegavi & recitavi p. 45. Concord. nam illa tibi non satis clara sunt? His accedit quoque Tilenus par. 2. disp. 4. th. 31. & seqq. Vid. disp. 6. Calvinis. th. 37. 38.

69. Et licet hoc dogma constanter, uti ais asseratis, tamen in eo propugnando graviter erratis; quod probatur argumentis ductis 1. à personæ Christi dignitate. 2. Gloriæ divinæ Christo communicatæ veritate & perfectione, & statim in primo Incarnationis momento factæ. 3. à meriti Christi qualitate & fine, quod nos, nō Christum concernit. 4. à Consequentia absurditate. 5. ab adversæ opinionis varietate, de quibus vide sis Dn. D. Gerb. Exeg. tom. 1. Locor. p. 154. § 330.

70. Dicta, quæ pro hac opinione in Luther-Calvin. & Antichristo allegas, suo loco dissolventur: & primum est dissolutum à D. Gerb. l. d. §. 331. Ac tantum de hoc CAP. 3.

71. Ἐγκλήματα quæ Coppenstein. p. 62. Specul. Cal. de B. Luth. recitat, ita sunt comparata, ut suâ vel veritate elucescant, vel falsitate Coppensteiniana evanescant; proinde ulteriori refutatione superse demus, & hoc coronodis loco monemus; Patres formam Dei & formam Servi de ipsa Natura Divina & Humana aliquantò liberius exposuisse, (sicuti testantur verba Augustini sup. th. 23. recitata) cùm nondum essent, qui Majestatem τὸ λόγῳ, assumptæ Carni communicatam esse negarent.

72. Coppensteinio exprobranti Marbachio defensionem Omnipresentiæ, opponimus verba Lomb. 1. Sent. d. 37. Deus est intra omnes non inclusus, extra omnes non exclusus: neque propterea rebus aut est immixtus, aut rerum sortibus infectus.

DISP. VI.

DISPUTATIO VI.
ANTI-COPPENSTEINIANA
 De
 PRÆDESTINATIONE.

RESPONDENTE

M. JOHAN-GABRIELE Müller/
 Alfeldo - Norico.

THESIS I.



*E*rgo de divina Prædestinatione humanis judiciis non sit sentiendum; secundum Hilar. l. de Trin. cavendum tamen ne dum tacemus, tepescat hortatio, extinguatur oratio, accendatur elatio: Dicatur ergo verum maxime, ubi aliqua questio ut dicatur impellit, & capiant qui possunt: ne forte cum tacetur propter eos qui capere non possunt, non solum veritate fraudentur, verum etiam falsitate capiantur, qui verum capere, quæ caveatur falsitas, non possunt; secundum D. August. l. 2. de Persev. Bon. Quæ enim Deus occulta esse voluit, non sunt scrutanda; sed tamen quæ manifesta fecit, non sunt neganda, ne in illis illicitè curiosi, in his damnabiliter inveniamur ingrati; secundum D. Ambros. l. 1. de Vocat. Gent. cap. 7.

2. Quare operæ pretium non ludunt, qui de Prædestinatione in timore Dei secundum ejusd. præscriptum piè & placidè non tantum differunt, sed & hujus sublimis Articuli depravatores & perversiores è tenebris in lucem protrahunt, eorundemque errores refellunt.

3. Hoc & mihi unicè propositum fuit & in hoc c. 4. Concord. Papæ-Calvin. ubi ostendi, quomodo instar vulpecularum Samsonis

*Calvi cohors & rafa cohors incendia miscent,
 Et late sanctos depopulantur agros.*

Q

4. Hoc

4. Hoc malè habet *Coppensteinium*, ideòque ne victas det manus, potius quidvis pingit, fingit, & immedicabili malo emplastrum imponere satagit: sed *affectu* quidem in religionis suæ Socios haud malo, at *effectu* nullo, uti *Apologia* etiam hujus capituli ostendet. Ita verò

COPPENSTEINIUS pag. 37.

Cap. IV. de Prædestinatione.

HIMM. Utrique in hoc Articulo conspirant 1. Quia *Calvinistæ* provocant ad Scholasticorum autoritatem. 2. Conveniunt in quinis, quæ subjiciemus.

SPONGIA. *Lutherani & Calviniani* provocant & ad *S. Scripturam*: ergon' hæc erit *Luthero-Calvinistica*? Tute ipse vel hoc ipso in libro tuo pro sententia tua persapè provocas ad *Papistas*: Ergon' *Papæ-Lutherista* eris?

APOLOGIA.

5. Resp. Instantia hæc frigida, imò nulla, laborat enim *Elencho Generis*: neque enim improbo simpliciter & in genere omnem provocationem ad Scripta & Libros utriusque partis mutuam, sed eam quæ fit contra *Scripturæ S. revelationem & rei veritatem*, contra *Patrum autoritatem*, contra *sanam Rationem*, quod agnoscit ipsemet *Coppenstein. pag. 86.* ubi hæc mea verba repetit, qua de re supra *disput. 1. 2. Elencho Finis.* Neque enim eo *sine* passim provoco ad Scripta Pontificiorum, ut velim inde *conspirationem* eorundem nostris cum Ecclesiis demonstrare, sed *contradictionem* eorundem inde elicere: qua de re itidem actum à nobis supra *disput. d.* Quid ergò opus cum *Coppensteinio* eandem apponere crambem?

COPPENSTEIN pag. 37. & 38.

HIMM. Harmonia I. Utrique in definitione *Electiois* omittunt *FIDEM*. Quia eam tantum ut habitum & qualitatem in nobis, non in *Christi merito* relatè considerant.

SPONGIA. Nos non omittimus, inter media infallibilia ad vitam numeramus & *Fidem*, velut habitum & qualitatem nobis tantum inhaerentem, habentemq; *objective Christi meritum*, ac aliquod

aliquod nostrum de congruo. Vide in Luthero-Calv. par. 4. qq. 51. 57. 60. 61. Et in Anti-Christo p. 4. Nec injuria Pareus arguit Lutheranos Pelagianismi, Fidem relatè considerantes: ut qui Fidei suæ merito tribuant Prædestinationem. Tua cætera nugæ.

A P O L O G I A.

Resp. Et hoc ipsum est, quod pag. 46. b. §. Fide vero. de vobis Pontificiis conquestus sum; vos Fidem tantùm ut habitum & qualitatem hîc considerare, eamque Electionis actum ingredi negare. Hoc ut apertius videas hunc cape Syllogismum:

Quicumq; è censu causarum Electionis eliminant Fidem, illi Fidem ab actu Electionis excludunt.

Pontificii è censu causarum Electionis eliminant Fidem.

Ergò.

7. Major est in aprico. Minor ex hisce vestrarium patet verbis. Scot. 1. dist. 41. Fides non est causa Prædestinationis. Petrus de Aquila dist. 40. 41. Prædestinationis causa non est Fides præscita, quia hoc retractavit Augustinus. Bellarminus disputat Prædestinationem ita esse absolutam, & puram, ut non tantùm excludat prævisionem priorum meritorum, sed etiam prævisionem fidei, & hanc dari quibusdam eò, quod sint in numero electorum. Cap. 12. lib. 2. de Gra. & lib. arb. dicit: Scriptura docet reipsa non credere, nisi illos qui habent auxilium efficax, quo fit ut homo non solùm possit credere, sed etiam credat, & hoc auxilium non omnibus dari. Et paulò post: Videmus causam reddi, cur Judæi isti non crederent, non quia non haberent auxilium, quò possent credere, sed quia non habebant gratiam illam, quia non erant de electis ovibus, neq; dederat eos Pater filio. Statuit igitur Bellarm. tantùm electos datos esse Filio, & illis tantùm dari gratiam efficacem, ut possint credere, ac proinde nos non esse electos respectu prævisæ fidei, sed fidem esse electionis effectum, quod planè est Calvinianum. vid. disp. 9. Calvin. th. 58.

8. Quod verò ais, Coppensteini, vos Fidei Objectum agnoscere meritum & Christi, & aliquod de congruo nostrum, in eo graviter hallucinatis, & Tibi Tuisq; ipsissimum verò S. Scripturæ contradicis.

Q 2

9. Tibi

9. *Tibi quidem; Nam si pro objecto habet meritum Christi Fides; Ergò jam non amplius qualitative, seu ut habitus & qualitas (uti loqueris) nobis inhærens, sed relative ac instrumentaliter consideratur.*

10. *Tuis contradicis dum I. Fidem hîc Christi meritum objective respicere contra alios Pontificios asseris, uti modò dictum thes 7. & latius deductum disput. 10. Papis. th. 21. II. dum meritum congrui Prædestinationi includis, cum tamen Bellarmin. à Prædestinatione omne excludat meritum l. 2. de Grat. & lib. arb. cap. 8 & 9. unde & Calviniani ad vestratium provocant auctoritatem; vid. disp. 10. Papis. th. 18. & quidni excluderet Fidem & Merita omnia, cum planè absolutam cum Thom. par. 2. quest. 13. ar. 5. & Calvinianis statuat Electionem l. 2. de Grat. & lib. arb. c. 2. 9. 12. quorum verba recitavimus p. 47. Papæ-Calvin. item disp. 10. Papis. th. 15. unde & Calviniani ad Bellarm. & Bellarmin. ad Calvinianorum fundamenta provocat, atque ita Mulus Mulum vellicat. vid. disp. dict. th. 19. & 20.*

11. *Scripturæ S. hæreticè contradicis, dum merito Christi etiam vestrum congrui meritum associas, contra expressam Scripturam, Esa 63, 3. Actor. 4, 12. 1. Tim. 2, 5. 1. Job. 2, 1. contra Patres; contra tuum Bellarmin. vide disp. 16. Papis. th. 22. & contra Pontificios alios, qui meritum congrui improbârunt,*

12. *Et quàm frigidè sentiatis de Christi merito, de Fide in Loco Justificationis (quæ est Prædestinationis executio) ostendi disp. d. th. 17-133.*

13. *Omninò nobis injuriam facit Pareus & alii Pelagianismum nobis imputando, à quo sumus tantò remotiores, quantò sunt propriores Papiæ & Calvinistæ: quod probavimus ex August. disp. 10. Papis. th. 23.*

14. *Neque Fidei merito (ut hîc garric Coppenst.) sed unico Christi merito unicè assignamus nostram Prædestinationem, quippe in quo facta Ephes. 1, 3. Fidem vero hîc tanquam Instrumentum, sufficientissimum Christi meritum apprehendens & in Prædest. & Justific. consideramus, uti satis liquet ex Theoria nostra de Prædest. & Justif.*

Ergò

Ergò, Copensteini, tua sunt ludibria nuga.

COPPENSTEIN. pag. 38. 39.

HIMM. HARMONIA. II. Utrique fingunt Decretum Electionis & Reprobationis absolutum, id est, sine ullo Christi, vel fidei respectu: sed sola simplici & occulta voluntate Dei determinatum, veluti quoddam fatum Stoicum. Testes recito.

SPONG. Ita est. I. *Et quidem de Electione: sed dispari sensu.* 1. Nostro: Prædestinationis nullam causam ex parte nostris esse, considerata in se: at considerata, quoad Effectus, sic aliquid videri cause in nobis. 2. Calviniano sensu, bono sed: 1. inconstanter: Ante prævisum peccatum Orig. Deum ex massa adhuc incorrupta hos ad vitam, illos ad mortem elegisse: 2. hæretico sensu, post prævisum pec. Orig. corrupto jam humano genere, hos elegisse Deum ex misericordia: illos reliquisse in massa perditionis, sine eorum actuali peccato, at non sine Orig. En Concordiam in sententia, contra Pelagianos, omnia usui arbitrii tribuentes: at discordiam in sensu. Lutherani Pelagianizant, fidei hominum tribuentes nimium.

APOLOGIA.

15. Resp. I. Nos τῶν ἀμφοῖν acceptamus, quod hic largitur Copenstein. Pontificios in absolutum decretum Calvinianorum consentire, & cum iisdem conspirare; quod absolutum decretum (cujus Sensem Copenst. vocat bonum) est βάσις & principium *Mataologiae Calvinianæ*, ut probavimus *diff. 1. Anti-Calv. à th. 28-45*. Ergò qui cum Calvinianis consentiunt in Religionis principio, quò in principiato non consentient, ac proinde Calvinizantes jure vocabuntur? 2. *Disparitas illa Calviniana ratione prævisionis ante, vel post lapsum* (unde alii dicuntur *Super*, alii *Sub-lapsarii*) fundamentalis non est, sed merè accidentalis ratione *diversitatis tantum temporis*; in re ipsa enim & fundamento absoluto, utraq; sententia hæreticè convenit, uti ostendimus *diff. 9. Calvinis. th. 62-79*. ubi probavimus utramq; opinionem esse absurdam, blasphemam, Epicuræam *th. 75-79*. Eligant igitur Papistæ utramlibet, & erunt absurdi, blasphemi, Epicuræi.

Q 3

16. Sed

16. Sed sentit *Coppenstein*. se hîc inter sacrum saxumque esse constitutum, & quocûnque se verterit, habere sese adversarios Papales; quod si enim faciat cum *Calvinianis* & *Thoma* ac *Bellarmin.* tum his reclamant *Biel*, *Becanus*, *Tanner*, *Hacker*, & c. vid. *disp. 10. Papif. tb. 21.* qui negant *absolutum* Prædestinationis decretum, & *limitatum* defendunt. Sin verò hisce subscribere & simpliciter contra *Calvinianos* pugnare voluerit, tum contradicentem habet *Thomam*, & cum primis idolum suum *Bellarmin.* cuius tamen partes ubivis agere satagit.

17. Ergò cum aqua hic ipsi hæreat, & quò se vertat dubitet, hanc quasi utriusque extremæ dissidentis partis conciliatricem fingit distinctionem: Prædestinationis scil. nullam quidem causam ex parte nostri, & sic absolutam, ex mente *Bellarmin.* esse consideratæ in se; at consideratæ quoad effectus, sic aliquid videri causæ in nobis, & sic limitatam ex mente scil. *Becani* aliorumque esse.

18. Sed folia hæc sunt ficus, & miserum miseræ causæ mantelum. Nam i. *distinctio* hæc ad scopum non collimat, neque *Questionem* attingit: non enim est controversia hîc de Prædestinationis Effectu, sed unicè de Causis, siquidem Prædestinatio hîc consideratur ratione Causarum constituentium, non ratione consequentis Effectus, ubi Prædestinatio non induit naturam Effecti, sed Efficientis seu operantis. Quod si igitur considerata in se ex parte nostri nullam habet Causam: Ergò quòque fidem (quam nos) & opus (quod *Becanus* & alii requirunt) excludit; & per consequens pura pura est & absoluta Prædestinatio *Calviniana*, & sic *Coppenstein.* non tantum contra S. *Scripturam* & nos, sed & contra *Socios* Religionis proprios pugnat.

19. Notandum tamen Fidem quando à nobis vocatur causa Efficiens Prædestinationis, hîc non considerari tanquam opus quoddam meritorum, uti à *Pelagianis* Pontificiis nonnullis, & *Photinianis* consideratur; sed tanquam Causa instrumentalis & medium à Deo ipso ordinatum, respiciens & apprehendens Christum Prædestinationis & salutis nostræ fundamentum, 1. *Co. rintb. 3, 11. Ephes. 1, 4.* vid. *disp. 11. Syntag. tb. 38. 39.* Quo respice. Au

Et *Fides* sit *Causa*, quo respectu *Effectum* Electionis nominanda, dictum est *disp. 9. Calvin. th. 41-46.*

20. Hinc labascit atrox illa *Coppensteinii* injuria, quâ nos *Pelagianismi* incusat, quasi *fidei hominum* nimium tribuamus. Ubi lateret ambiguitas in *Φεγάσει* *Fidei hominum*: est quidem *fides hominum* seu humana *Subjectivè*, quia est *in homine*; sed non est humana *Causativè*, siquidem non *ab homine*, sed *à Deo* est, & per *Spiritum S.* & *verbum* homini datur, *Rom. 10, 17.* Nos autem tribuimus *fidei Prædestinationem*, non prout est vel *humanum* quoddam *opus*, quod faciunt *Pelagiani*; sed prout est *donum Dei à Spiritu Sanct.* per *verbum* nobis accensum, & quatenus est *medium à Deo Prædestinationi inclusum.* Atq; sic *Fidei* non nimium, sed id quod in *verbo Dei* *Fidei* est assignatum, tribuimus.

21. Pontificios verò *Pelagianizare* limitatâ (operibus) suâ *Prædestinatione*, docuimus *disp. 10. Papif. th. 21.* & *Papismum* esse redivivum *Pelagianismum* facile probari posset, si opus esset. *vid. tom. 2. Gifens. disp. 12. & tom. 3. disp. 3.*

COPPENSTEIN. pag. 39.

De *Reprobationis causa* extremè discordamus. *Calviniani*, ut dictum, fingunt, & in *solam Dei évdoxiâ* referunt *causam reprobationis* tum *negativæ*, tum *positivæ.* At nos docemus, quod *Reprob. Negativæ*, quâ non vult quosdam salvare, *causa est sola Dei voluntas*: *Positivæ*, autem *Reprobat. sive damnationis causa est in solis hominibus scil. propria peccata.*

A P O L O G I A.

22. Distinctionem hanc esse effugium miserum, neque Pontificios (absolutum decretum concedentes) à *Calvinismo* abolvere, ostendi *disp. 10. Papif. th. 28. & 29.*

COPPENSTEIN. pag. 39. 40.

HIMM. HARMONIA III. Utrique Deum Hypocriticos arguunt: Pontificii dupliciter, 1. *Voluntate signi & beneplaciti.* 2. *Vocatione duplici, scilicet Gratia Sufficientis & Efficacis.*

S P O N G. Fingis consequentiam. Liquet suprâ in cap. Harm. 3. *aperta Dei & Justitia & Misericordia in Voluntate signi.*

& Beneplaciti, quâ Antecedente, quâ Consequente. 2. In gratia Sufficiente & Efficace item. Vide Lutherò-Calv. par. 4. qq. 29. 30. 31. in AntiChrist. par. 4. qq. 16. 17. in Geneal. par. 4. q. 9. 3. Non sic Calvinistæ. ut liquet in Harm. 3. c. 3. & Harm. 2. c. 4.

A P O L O G I A,

23. Non fingo, sed firmiter Consequentiam necito, uti liquet supra ex disp. 5. th. 60. & annon aperta satis adduxi p. 49. Concord. verba Bellarm. l. 2. de amiss. gra. c. 16. l. 2. de Gra. & Lib. arb. c. 3. l. 1. c. 11. ubi expressè Calvinianam distinctionem sensu quoque Calviniano proponit de Voluntate Signi & Beneplaciti, de Vocatione sufficienti, sed non Efficiente seu efficaci. Ergò Coppensteinus hæc Bellarm. effata vel improbat & damnat, tanquam Hæretica Calviniana; vel approbat & manus victas Calvinianis dat: tertium hîc non dabitur.

24. De voluntate Antecedente & Consequente in sensu orthodoxo, egimus ex Damasc. disp. 9. Calv. th. 27-41.

COPPENSTEIN. pag. 40.

HIMM. HARMONIA IV, Epistolæ ad Rom. cap. 9. est utrisque in Prædestinationis Articulo lapis offensionis.

SPONG. At prædictæ distinctiones secure scopulos omnes prætervehunt orthodoxos. De eo cap. 9. infra nos tecum sub finem dispiciemus.

A P O L O G I A.

25. Resp. I. Prædictæ Distinctiones non sunt secure, sed impure & de nihilo, neque vos prætervehunt, sed submergunt, uti ostensum. 2. De cap. 9. ad Rom. Disquisitionem quidem promittis, sed non præstas, forsitan promissi oblitus. Ergò Te remitto ad Analysin hujus cap. Logico-Theologicam annexam Concord. Papæ-Calv. pag. 97-116. quâ an poteris feliciter datè, quælo tenta, si non, — — — — — hâc utere mecum.

COPPENSTEIN. pag. 40.

HIMM. HARMONIA V. Utrique per prædicta invehunt DUBITATIONEM ac DESPERATIONEM, Consolationem nullam.

SPONG. Fingis, Nos verè solidam consolationem, dubitationem

tionem nullam aut desperationem paramus, dum contraria Calvinistis, quoad Prædestinationem, Reprobationem & Gratiam docemus: & Luthero-Calvinistis contraria quoad Fidem specialem certitudinis fictæ de gratia, ejusq; præsentia & gloria futura.

A P O L O G I A.

26. Resp. I. Miserum FINGIS est Coppensteinii Coccysmus futilis & inutilis: adduxi Media pro desperatione Papistica 1. ex incertitudine justitiæ. 2. ex absoluto decreto. 3. ex voluntate signi seu Hypocritica, & quidem ex probatis Autoribus qui hoc thema fusè demonstrant: sed quid ad hæc omnia Coppensteinus? Nihil, nisi Fingis. Quælo Coppensteini, si tantum tibi suppetierit temporis, paucis saltem respōdeas ad Disputationes nostri Dn. D. Gerhardi, quibus probat; per Pontificiorum doctrinam Fundamentum omnis Consolationis labefactari & tolli, tom. 2 disp. 1. & 2. nam ad has quoque vos remisi disp. 1. Papif. th. 113.

27. Incertitudinem Fidei (quam magis per ignorantiam, quàm per notitiam definit Bellarmin. l. 1. de Justif. cap. 7.) & gratiæ divinæ, vos tam contra Calvinianos (quibus æquè dubitandum est ac vobis) quàm nos propugnare non tantum novimus & docuimus, sed & refutavimus & subruimus, disp. 16. Papif. th. 45. 46. quæ si Tibi non suffecerint, haud gravatim legas Tractat. meum de *Invocat. Religiosa* par. 1. clas. 3. c. 2. sed. 2. à p. 325-335. ubi videbis hanc vestram dubitationem desperandam esse funditus everfam ex Scriptura, ex Patribus, & cum primis ex propriis vestris Confessionibus & hypothelibus. Singula huc transponere esset & tædiolum & ταυτόλογον. Vide sis Tract. Dn. D. Cramerii de Prædest. p. 301-308. & p. 363-369.

C O P P E N S T E I N. p. 47.

Age HIMMELI jam nunc opus fac Doctore, & in tanta Papistarum cum Calvinistis discordia ullam exsculpe vel speciem Concordiæ,

A P O L O G I A.

28. Age Coppensteini non Doctore, non Magistrale, sed saltem superficiale & breve, ac non leve opus, ex tanta Papi-

R

starum

starum cum Calvinistis Concordia exsculptum & sub finem huius
Disput. constructum accipe, ac probè expende.

28. Quia verò Coppensteinius nullum ἔγκλημα quod
hic Lutherò affingere potuit, invenit, ergò illa diluemus quæ ei-
dem affixit in Loco præcedenti de Persona CHRISTI quæ-
que ibi ob angustum Chartæ expediri haud poterunt. Ita verò
in Speculo suo,

COPPENSTEIN pag. 26.

7. Credimus, quod Jesus juxta Humanitatem omnia im-
pleat, & sit ubi vis præsens. Luther, in Serm. de Cœnâ. Christus
qua homo non solum in pane & vino est: sed etiam in inferno, &
omnibus cantharis cerevisiariis. Marbach. contra Tossanum.
fol 104. Schmid. in Th. Wittemb. de Cœnâ.

APOLOGIA.

30. Resp. 1. Lutherus id verè & orthodoxè dixit & scrip-
psit, nimirum Jesum juxta Humanitatè omnia implere, & ubi vis
esse, non tamen exclusivè secundum solam Humanitatem, sed
inclusivè videl. cum divinitate seu secundum Divinam & Hu-
manam Naturam in una ἕνωσίν personaliter; quia totus
seu tota Persona est ubicunq; est, nisi Nestoriano more Personam
solvere, Naturas à se invicem distrahere volueris, quâ de re suprâ
egimus, & fusè agit Lib. Concord. art. 11.

31. 2. Marbachius loquitur non de Naturali & Physicâ,
sed de supernaturali ac mysticâ personali præsentia, de quâ th. præ-
ced. jam diximus, & hoc modo loquitur D. August. Epist. 57. ad
Darda. Nec tamen per locorum spatia, quasi mole corporeâ diffusus
est Deus, ita ut in dimidio mundi corpore sit dimidius, & in dimidio
vicissim dimidius, atq; ita per totum totus: sed in solo cælo totus, &
in sola terra totus, & nullo contentus loco, in seipso ubiq; totus.
Item Lombard. 1. sent. distinct. 37. Neque propterea Deus aut re-
bus est immixtus, aut rerum sordibus infectus. Est intra omnes
creaturas non inclusus: extra omnes non exclusus. In illis siqui-
dem verbis, in quibus Deus dicitur ubiq; esse per Essentiam, creden-
dum est plus contineri, quam homo vivens valeat capere.

COP-

COPPENSTEIN pag. 62.

Oportet dicere, hæc caro, & hic Sanguis Christi condidit in
cælum & terram. Lutherus lib. de Concil. part. 2.

A P O L O G I A.

32. Resp. Pagina Lutheri nullibi hîc citatur quia à Cop-
penstein, non fuit lecta, sed à perfido Vettero procul dubio de-
pravatè recitata: sed quicquid sit; hæc *Φερίσις* tolerari & de-
fendi potest, secundum nimirum *Communicat. genus 1.* quando
vox *Carnis & Sanguinis concretivè* sumitur.

C O P P E N S T E I N pag. 62.

Christi Humanitas caro non est, sed nudus & merus Spiri-
tus. Quia quod natum est ex Spiritu, Spiritus est. Ita sensisse
Lutherum, ait Zwinglius in respons. ad Lutheri librum de
Sacram. tom. 3.

A P O L O G I A.

33. Resp. Neque hic pag. vel Lutheri vel Zwinglii allegat
Coppenstein. quod est signum vel supinæ negligentia in evol-
vendis Scriptis aliorum, vel nimia fidentia, quâ oculis alienis
nimium confidit. Et quis Zwinglio insensissimo Lutheri hosti
hâc in parte fidem adhiberet? præsertim cum B. Lutheri Testi-
monia manifestè Contraria aliquot extent.

C O P P E N S T E I N. pag. 62. 64.

10. Nisi dixerimus Christum simul summè justum &
summè peccatorem: summè mendacem & summè veracem:
simul summè beatum, & summè damnatum, non videre pos-
sum, quomodo à Deo sit derelictus; Luth. in Psal. 22. v. 1.

A P O L O G I A.

34. Resp. Lutherus tom. 2. Latin. Jenens pag. 227. in Ex-
plicat. Psal. 22. verbis citatis à Coppenst. loquitur de Christo
non uno & eodem modo ac respectu, sed de Christo summè ju-
sto ac veraci essentialiter, & summè peccatore & mendace impu-
tativè in Statu Exinanitionis. Unde B. Luther. mox subjicit: Hic,
ait, *divinat meus animus, Christus reverà justus fuit & perman-
sit, qui nec peccatum fecit, nec est dolus in ore ejus. In hoc enim
de Virgine per Spiritum S. concipi & nasci voluit, ut esset sine pecca-*

to, alioqui, quomodo nos à peccatis liberare potuisset. Sed hoc tempore, quo passus est, ita suscepit nostra omnia, ac si revera fuissent sua propria, passus etiam ea, quæ pro peccatis nos pati oportuisset, & quæ damnati patiuntur, sicut Paulus ex Psal. 69. dicit: *Improperia impropertium tibi ceciderunt super me.* Et Esa 53. *Verè languores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portavit. Propter peccata populi mei percussit eum, eò quod peccatum non fecit, nec est inventus dolus in ore eius.* Hæc B. Luther. Confer D. Paul. 2. Corinth. 5. v. ult. Committit igitur Coppenstein, in allegando Luthero & crimen falsi, & Elenchum Oppositorum, dum ea quæ B. Luther. de Christo diverso respectu & modo disserit, Coppenstein. *ὡσαύτως* uno & eodem modo ac respectu Luthero affingit. Nunc sequitur *suprà th. 27. promissa*

CONCORDIA CONCORDS PAPÆ-CALVINISTICA

in Loco

DE PRÆDESTINATIONE.

	PONTIFICII.	CALVINIANI.	Scripturae.
I. DEFINITUM.	Pontificii Prædestinationis propriè sic dictæ duas constituunt Species; Electionem & Reprobationem, & sic Reprobatos etiam Prædestinatos esse asseverant. Bellarmin. l. 2. de Gra. & Lib. arb. c. 16. §. 1.	Idem statuunt Calviniani. Calv. l. 3. Instit. c. 21 §. 5. & c. 23 §. 4. Beza Resp. 2. ad Colloq. Mompelg pag 232. Sohn. tom. 1. pag. 216. & tom. 2. pag. 4208. Piseat. vol. 1. disp. 19. th. 9. Polan. Syn tag. l. 4. c. 7. p. 244.	Rom. 8: 29, 30. Ephel. 1: 4, 5.

2. Cau-

	PONTIFICII.	CALVINIANI.	Script. S.
2. Causa Efficiens	<p>1. Pontificii voluntatem Dei absolutam pro causa totali & unicâ Electionis agnoscunt. Bellarm. l. 2. de Gra. & lib. arb. c. 2. 8. 9. & l. 2. de amiss. Gra. c. 12.</p>	<p>Eadem est mens Calvinianorum, ut videre habes apud Calv l. 3. Instit. c. 22. §. 11. & c. 23 §. 1. 3. 8. Beza. Resp. 2. ad A. Ela Colloq. Mompelgard. pag. 9. 147. 163. Martor. in c. 15. Johan. Piscat. de Prædest. th. 88. Kecker. System. Theol. p. 300. 309. Rennecher. in aur. Sal. cath. p. 36. 38. 126. Polan. in Syntagm. l. 4. cap. 7. pag. 244.</p>	<p>Joh. 3, 6. c. 6, 40. Eph. 1: 4, 5. 2. Tim. 1, 9.</p>
	<p>2. Pontificii Fidem ex actu Electionis excludunt. Bellarm. l. 2. de Gra. & Lib. arbit. c. 12. Scotus 1. dist. 41. Petrus de Aquila. dist. 40. 41.</p>	<p>Excludunt etiam Calviniani. Petrus Mart. in L. C. p. 835. Piscat. vol. 1, Loc. 19. th. 21. 25. & vol. 2. Loc. 12. th. 16. Kecker. in System. Theol. pag. 301. Polan. de Prædest. p. 26. & 12. Zepper. de Prædest. pag. 10. Polan. in Syntagm. l. 4. c. 9. pag. 246.</p>	<p>Rom, 8 : 20, 22, 23. Eph. 1, 12. 2. Theff. 2, 13.</p>

R 3

3. Pon.

	PONTIFICII.	CALVINIANI.	Script. 3.
	<p>3. Pontificii media Electionis ipsa Electione esse posteriora fingunt. Bellarm. l. 2. de Gra. & lib. arb. c. 9. Durand. disput. 41. q. 2. sect. 11. Tanner. disput. 2. thes. 34. 35. 36. 37.</p>	<p>Eadem est mens Calvinianorum. Buca. de Prædest. p. 399. Beza. par. 2. Resp ad Colloq Mompelgar. pag. 233. Polan. de Prædest. p. 26. Sturmius de Prædestin. thes. 10. pag 59. Polian in Syntagm. l. 4. cap. 7. pagin. 244. 246.</p>	<p>Eph. 1: 4, 5, 12.</p>
3. Finis.	<p>Finem absolutæ Electionis Papistæ dicunt esse justitiæ & Misericordiæ divinæ declaratio nem & manifesta tionem. Bellarm. l. 2. de Grat. & Lib. arb. cap. 9.</p>	<p>Idem Calviniani statuunt. Beza Col loq. Mompelg. pag. 523. Piscat. contra Hemming. de Gra. Dei. p. 96. & Resp ad Apolog. Bert. p. 44, 87. Item. disput. de Prædest. th. 24. 115.</p>	<p>Job. 22, 23. Psal. 16, 20 Act. 17, 25 Sira. 15, 12</p>
4. Effectus	<p>Pontificii Effectum Electionis statuunt dubitationem de DEI vocatione, & desperationem de salute æterna, non aliunde pro veniens, quàm ex illa duplici vel qua druplici DEI vo-</p>	<p>Similiter deli rant Calviniani. Be za in Resp. 2. ad Col loq. Mompelg. p. 172. 174. 241. Zanch. de Nat. Dei. l. 3. cap. 4. q. 3. Piscat. p. 2. d. sp. pag. 243. & de Præ dest. th. 117. Polan. in Syntagm. l. 2. c. 13.</p>	<p>Ezech. 33, 11. 1. Tim. 2, 4. Esa. 53, 6. Ro man. 5, 18. 2. Cor. 5, 15. Eph. 3: 8, 9. Col loss. 1, 20.</p>
			<p>luntate,</p>

	PONTIFICII.	CALVINIANI.	Script. S.
	luntate, Signi & Beneplaciti, inefficaci & efficaci. Bellarm. l. 1. de Grat & Lib. arb. cap. 11. & lib. 2. cap. 3. de amiss. grat. l. 2. cap. 16.	p. 153. & c. 19. pag. 161. & lib. 6. c. 32. pag. 448.	
5. Objec- tum.	Objectum Prædestinationis Pontificii faciunt etiam Angelos. Bellarm. l. 3. de Grat. & Lib. arb. cap. 17. Thom. pag. 1. quæst. 23. ar. 1. Scot. in 1. dist. 40. quæst. 1. & in 3. dist. 7. q. 3. Bonavent. in 1. dist. 41. quæst. 1. Beca. tract. 1. c. 14. q. 2. pag. 135. & q. 3. pag. 162.	Consentiunt Calviniani. Polan. in Syntagm. l. 4. cap. 8. pag. 244. & Didasc. de Prædest. p. 9. Bucan. loc. 36. q. 6.	Hebr. 2. 16. Eph. 1. 4.
6. Adjuncta.	Bellarmino Adjuncta Prædestinationis ad vitam (ut loquitur l. 2. de Gra. & Lib. arb. c. 16 § 1) sunt incertitudo, fallibilitas & mutabilitas. Idem lib. 3. de Justif. c. 12. Conc. Trid. Sess. 6. cap. 12.	Idem sentiunt Calviniani. Calvin. l. 3. instit. c. 24. § 4. Polan. Syntagm. l. 4. c. 9. p. 149.	Rom. 8. 28, 29, 30. 2 Pet 1, 10 1. Theff. 1, 4.
			Greg.

	PONTIFICII.	CALVINIANI.	Script. S.
	<p>Gregor. de Valent. Tom. 1. dist. 1. q. 23. Beca. Tract. 1. c. 14. q. 6. §. 6. Less. in Consult. pag. 25.</p>		
7. Contra- rium.	<p>Bellarmin. l. 2. de Gra. & Lib. arb. c. 8. statuit absolutum & in solo Dei bene- placito fundatum Reprobationis de- cretum.</p>	<p>Idem statuunt Calviniani. Calvin. l. 3. instit. c. 22. §. 11. & c. 23. §. 1. Beza super c. 9. Rom. & part. 2. Resp. Colloq. Mom- pelg. p. 223. Zanch. l. 5. de Nat. Dei. c. 2. Piscat. de Prædest. pag. 185. Martyr. su- per c. 9. Rom. Croc. defens. 2. par. Pru- ten. p. 319. Polan. in Didasc. de Prædesti- natione p. 185. Ren- necher. in aur. sal. cath. pag. 37. 126. Polan. Syntagm. l. 4. c. 10. p. 250. 251.</p>	<p>Ezech. 33, 11. Joh. 3, 16. 1. Tim. 2. 4. 2. Pe- tri 3, 9.</p>



ΣΥΝ ΘΕΩ

DISPUTATIO VII.

ANTI-COPPENSTEINIANA

De

PECCATO ET LIBERO
ARBITRIO.

RESPONDENTE

M. PETRO HORNIO, *Quedlinburgo-Saxone.*

THESIS I.



Uccedit Concordiæ *Papæ-Calv. c. 5. de Peccato, & c. 6. de Libero Arb. De Peccato ita*

COPPENSTEIN. p. 41.

HIMM. Harmonia I. utrique Deum Peccati autorem statuunt. Pontificii, quia docent, Deum condidisse hominem in puris naturalibus, sine gratia, plenum ignorantia, rebellione, cum concupiscentia, & peccandi necessitate, & æstu libidinis. Teste Bellarm. passim &c. Hocque amplius Calviniani.

SPONG. De nobis fingis. Nos docemus justitiam originariam homini creato fuisse supernaturalem, naturæ donis superadditam à Deo, ceu coronidem. Communis autem Calvinianorum id negat per vicaciter, & Lutheranorum: sed eum fuisse naturalem fingunt. utriq. Vide meum *Luthero-Calv. p. 4. q. 1. Et Antichr. & Geneal. par. 4. q. 1. Ergò ipsi sunt Luthero-Calvinistæ: nos utrorumq. antagonistæ.*

APOLOGIA.

2. Non fingo, sed tali id Syllogismo evinco pag. 51. Harm.

3. Quicumque docent Deum hominem condidisse in puris Naturalibus 1. sine justitia. 2. plenum ignorantia & rebellione. 3. Cum concupiscentia & peccandi necessitate. 4. Cum æstu libidinis; illi certè Deum peccati accusant.

Hoc faciunt Pontificii. Ergò.

S

A. MA.

4. *Majorem negabisne Coppensteini? haud reor. Minorem confirmavi verbis Bellarm. Becani, Pererii, & Petri à Soto: ac latius hæc deduxi disp. 8, Papism. à th. 10-16. Ergò stat Conclusio.*

5. *Neque hoc diffiteri potest ipse Coppenstein, qui ait: Justitiam originariam homini creato fuisse supernaturalem naturæ donis superadditam à Deo, ceu coronidem. Hinc ita colligo.*

6. *Quicquid homini creato est 1. Supernaturale, 2. Superadditum. 3. Coronis; illud non est naturale, non essenziale, non intrinsecum, sed extrinsecum & accessorium.*

Justitia Originalis est homini supernaturalis, ex sententia Coppenstein. Ergò.

7. *Ulterius à contrario ita arguo:*

Quicumq; naturà non est propensus & inclinatus ad justitiam: ille propensus est ad injustitiam & peccatum.

Primus homo naturà non fuit propensus ad justitiam. Ergò.

8. *Ulterius à Causa Principali ad Effectum ita argumentor:*

Quodcumq; fluit à Naturali inclinatione Homini à Deo per creationem indita & implantata: illud Deum autorem & causam primam agnoscit.

Atqui ignorantia, rebellio, concupiscentia, æstus libidinis, peccandi necessitas flunt à Naturali inclinatione Homini à Deo per creationem indita & implantata. Ergò.

Major liquet ex illo Logico Axiomate: Causa Causæ est Causa Causati.

Minor ex verbis Pontificiorum adductis patet. Ergò stat Conclusio. Natura enim, ex mente Pontificiorum, est causa injustitiæ, rebellionis &c. Deus est causa naturæ. Ergò Deus est causa injustitiæ.

9. *Et hoc etiam ex tuo superaddito & tua Coronide fluit Coppensteini.*

Omne enim superadditum & coronis est Accidens seu Adjunctum.

Justitia originalis homini creato est, ex tua mente, Superadditum quid & Coronis. Ergò,

10. *Pro*

10. *Propositio liquet ex illo Philosophico Problemate: Quicquid Enti in actu perfecto & completo supervenit, Accidens est.* Assumptio Coppensheimi est, qui ait: *Homini creato (ex partibus suis Essentialibus formato & perfecto, quæ homo) superaditam esse veluti coronam Originalem justitiam.* Ergo erit *Accidens & merum Adjunctum, & quidem non proprium vel inseparabile, sed separabile, quod patet inde, quia comparatur coronæ, quæ est à virgine separabilis. 2. quia reipsa separate fuit sublatâ Justitiâ Orig. per Lapsum, fatentibus id Pontificiis.*

11. *Nos justitiam Originalem fuisse Homini non Naturalem, sed connaturalem dicimus.* Neque tamen ullam rebellionem in Natura Adami primæva, sed optimam *συμμετρίαν* & facultatum inferiorum cum superioribus Harmoniam ex Scriptura & Orthodoxa Ecclesia docemus, & contra tela Calvinopapistica defendimus, in ipsa Concordia *Papæ-Calv. p. 54, 55. & 56.* ad quæ ut & præcedentia magis mutus est quam pilcis Coppensheimius. Adde *disp. 8. Papist. th. 16.*

12. Hic tamen notandum τὸ Naturale duo notare, 1. *Φύσεως συστατικόν, vel τῇ Φύσει ὑπόμνον, quod naturam constituit vel immediate sequitur, quod naturale per Essentialem resultantiam alias dicitur: quo sensu Pontificii rebellionem virium Naturalem esse dicunt.* 2. *τὸ συνέμφυτον, quod non quidem ex natura oritur, sed tamen unâ cum ea producitur; vel ei anascitur seu connascitur, quo sensu justitia Originalis, Naturalis & Connaturalis vocatur etiam à Luthero loco à Coppensheim. pag. 42. allegato. Et hanc duplicem τῆς Naturalis significationem statuit ipse Coppensheim. par. 4. Luthero-Calv. q. 16 pag. 22. ad 1V.*

COPPENSTEIN pag. 42.

Quod autem plenum ignorantia dicis, assentior de supernaturalibus: non de naturalibus rebus. Peccandi verò necessitatem tute homini in puris naturalibus affingis: proclivitatem fors dederim materiale; at non formalem; nisi positâ lege quæ tum nulla fuit.

APOLOGIA.

13. *Resp.* 1. Pontificiis Natura hominis à Deo creata est instar indomiti Equi, qui freno indiget, & serti impurae ac impudicae Virginis, quæ coronide externa intrinsecam impuritatem tegit, & fuceo quasi illinit: Tolle frenum, tolle coronidem, quid remanet? Equus indomitus & recalcitrans belua & virgo impura: imò sepulchrum dealbatum, intus foetens, & squalidum.

14. Plenum ignorantiam hominem etiam ante lapsum fuisse non tantum quoad supernaturalia, sed & Naturalia, docere Pontificios ita demonstro:

Quicumq; statuit Adamum primum conditum fuisse à Deo, absq; justitia & virtutibus moralibus. 2. cum præcipiti in vitia inclinatione Naturali. 3. Obnoxium carnis contra spiritum rebellionis: illi certe ignorantiam rerum etiam naturalium Adamo primo ascribunt. Atqui hoc statuunt Pontificii. Ergo.

15. Major est manifesta: quia Moralia sunt res naturales, & vitiorum inclinatio vergit contra justitiam & alias virtutes, & pugnat cum re non supernaturali, sed naturali, videlicet contra supremam Rationis facultatem. Hæc enim dicitur rebellio inferioris contra superiorem facultatem.

16. Minorem ordine probo: Pontificii enim statuunt Adamum conditum fuisse absq; justitia & virtutibus moralibus; Bell. l. de Grat. prim. bom. c. 6. Justitia cæteraq; virtutes, quarum jacturam primus homo peccando fecit, non erant insitæ & impressæ naturæ, ut sunt dona naturalia, sed extrinsecus assutæ & superadditæ. Ipse Coppenstein par. 4. Luthero Calv. q. 1 p. 3 n. 4. ita scribit: Reclitudo qua cum Adam creatus fuit, & sine qua nascimur (quæ procul dubio & Naturæ humanæ & supernaturalium est rerum) fuit supernaturale donum: idq; non (ut volunt Sectarii) fuit sanitas debita naturæ aptæque nasci ex natura bene constituta; ac fluens ex principiis naturæ, velut per accidens: Sed per se fuit absolute, & non potens fluere ex natura: Eoq; spoliatus homo constitit in puris naturalibus, ceu conditus fuit. 2. docent Pontificii Adamum cum concupiscentia prava, & cum præcipiti ad vitia inclinatione à Deo conditum esse; Bellarm. l. 1. de Gra. prim. bom. c. 7. §. 2. Concupiscentia, ait, Carnis nunc quidem pœna peccati est, tamen homini condito

in

in puris naturalibus fuisset sine dubio naturalis, non quidem ut bonum aliquod naturæ, sed ut defectus & quasi morbus quidam naturæ ex conditione materiæ consequens præter intentionem Dei. Ibid. p. 42. Apertissima ratio docet talem omninò futurum fuisse hominem in puris naturalibus, ut in illo præceps esset in vitia illa inclinatio. Et nisi ex materiæ conditione illa inclinatio ad vitia oriatur, nulla ejus causa demonstrari potest. Becanus disput. Theol. de Just. oper. pag. 209. Quid ergò, ait, est concupiscentia? Est quædam imperfectio, quæ homini in puris naturalibus condito esset naturalis. Post lapsum verò pæna seu effectus peccati primi parentis, & à Theologis solet vocari morbus, seu languor naturæ. Coppenstein. l. & p. d. Unde (videl. ex naturali irrectitudine) ex Actu actualis peccati sequitur directè inclinatio ad malum: at ex habitu originalis peccati sequitur indirectè: scil. velut ex removente prohibens. Sicq; natura languor, ex ipsa suus ante lapsum, & post lapsum factus vulnus peccati. Et hic pag. 42. Spong. expressè: proclivitatem, ait, dederim materialem, at non formalem nisi posita lege: quæ tùm nulla fuit. Atqui, Coppensteini, fuit omninò lex Naturalis, honestorum nimirum & turpium, omnibus hominibus etiam post lapsum insita & implantata, & in corda nostra scripta, Rom. 2, 15. & positiva Genes. 2, 17. c. 3, 3. Ergò & materialis & formalis proclivitas peccandi ex propria tua hypothesi fuit. 3. Docent Adamum fuisse obnoxium carnis contra Spiritum rebellionem. Peter. l. 5. in Genes. disp. de quarta Excell. q. 4. p. 598. Profectò hac rebellio (partis inferioris adversus superiorem, quæ excitat in membris, & in ipso appetitu indecentes & inordinatos motus præter judicium & voluntatem partis superioris) qualis est in nobis, talis omninò esset in homine, si in puris naturalibus crearetur. Bellarm. l. d. c. 5. Nos verò existimamus, ait, rectitudinem illam etiam partis inferioris, fuisse donum supernaturale, quo remoto natura humana sibi relicta pugnam illam experiri cepit partis inferioris cum superiore, quæ naturalis futura erat, id est, ex conditione materiæ secutura, nisi Deus justitiæ donum homini addidisset. Ibid. asserit: Hominem in puris naturalibus conditum habiturum fuisse rebellionem illam carnis & spiritus, quam nunc post

amissum iustitiæ Orig. donum omnes experimur: Quandoquidem obedientia carnis ad spiritum non fuit in primo homine naturalis, sed supernaturalis. Et paulò post. Fuissent in homine inordinati motus, nisi donum supernaturale accessisset. Idem c. 7. mihi p. 45. docet: Non posse demonstrari in puris naturalibus nullum futurum fuisse actum libidinis. Coppenstein l. d. Ratio, inquit, evincit idem 1. Quia naturale est sensui concupiscere bonum sensibile: & spiritui rationali spirituale. Sicq; spiritus concupiscit adversus carnem naturali pugna: at hâc caruere Protoplastæ: Ergò ex dono naturali. 2. Si istius rebellionis causa non sit natura, post allatam gratiam: Ecquid causa erit? Dicunt Deus. Atqui, Coppensteini, vos ipsimet dicitis secundum illud: Causa causæ est causa causati. vid. th. 8.

17. Neque simpliciter verum est, quod Coppensteinius ait: in Protoplastis fuisse ignorantiam supernaturalium: quod refellimus hocce à Minori ad Majus argumento:

18. Si etiam post lapsum homo adhuc rerum supernaturalium naturalem habet cognitionem, utiq; multò magis eam ante lapsum habuit.

Verum est Antecedens. Ergò & Consequens.

19. Antecedens probo ex Apostolo Rom. 1, 19-23. ubi docet Gentes Naturâ & Deum & eundem esse colendum. scire. Atqui Deus est Objectum Scientiæ non naturale, sed supernaturale. Taceo hîc quod nonnulli ex Scriptis Ethnicorum ac Theologia Naturali stabilire conentur multos fidei Articulos, etiam in medio Papatu, uti Thomas Aquinas, Raymundus de Sabunde, Ludovicus Vives: item ex Patribus Arnobius contra Gentes, & ex Calvinianis Morne, de Verit. Religion. Christ. Alstedius de Theolog. Naturali.

20. Neque ego peccandi necessitatem homini in puris naturalibus affingo, sed quod eam Bellarmin. cum Calvinianis homini primo affingat, improbo. Nonne satis sunt clara verba quæ pag 51. Harmon. ex Bellarmin. l. 2. de Lib. arb. cap. 8. allegavi, quæque in Tui gratiam huc repono: Respondeo, ait Bellarm. primum hominem non suâ culpâ fuisse casurum, quoniam necessitas aliquando laborat: ei fuisset naturalis. Idem l. 2. de amiss. gr. cap. 3.

cap. 3. refert ex *Calvino* non recitative, sed assertive: tradidisse *Calvinum* hominem incidisse in peccandi necessitatem. Annon hocce sit *Deum* autorem peccati accusare & *Calvinianizare*, judica quælo *Coppensteini*.

C O P P E N S T E I N pag. 42.

In cateris fortiter stringis *Calvinistas*: placésq;: adeò de plano peragunt *Deum* omnium peccatorum autorem reum. Id quod de *Papistis* duntaxat dicis: nil doces: quia non potes: adeò solide eos confutamus. Vide *Luthero-Calv. par. 4. qq. 5, 6, 7. &c.* Verum quemadmodum eodem liberis blasphemix scelere tuum *Lutherum* ac *Lutheranos*, non quidem disertis asserentes: at alia eatalia, ex quibus liquidò idem evinci potest: equidem non sat video.

A P O L O G I A.

21. Resp. I. An tantùm dixerim, & non simul docuerim atq; evicerim *Pontificios* cum *Calvinianis* *Deum* peccati autorem statuere, judicent *Lectores* cordati ex locis & verbis *Papistarum* propriis adductis, tum in ipsa *Harm. p. 51, 52.* tum *disp. 8. Papif. th. 11-16.* tum in hac disputatione *th. 16.* Atque hinc, *Coppensteini*, *Calviniani* ad vestram provocant harmoniam & autoritatem: audi tuum amiculum *Jacob. Laurent.* qui in *cauteriat. Conscient. Jesuit. cap. 1. art. 11. pag. 80.* testatur: *Pontificios* in hac eadem materia non uti molliori, sed æquè durâ loquendi formulâ cum *Calvino*, docentes: *Deum* esse autorem Peccati. Hinc etiam tuus *Promachus Bellarmus*, vicissim ad autoritatem *Calvini* provocat. *l. 2. de amiss. gra. cap. 3.* uti paulò ante & in ipsa *Harmon.* ostendi, ita scil. mulus mulum scabit.

22. II. Proba, *Coppensteini*, *Lutheranos* non quidem explicitè & disertis verbis (uti scilicet vos & *Calviniani*) sed implicitè talia docere, ex quibus liquidò evincatur, *Deum* esse autorem peccati. Hòc tu dicis, sed non doces: & tamdiu tuum Fingis tibi reponam, quamdiu id solide non demonstraveris; quòd si facere potuisses, utique fecisses loco hinc vers. 42. à te allegato, videlicet *par. 4. Luther-Calvin. qq. 5: 6, 7.* ubi ex professo tra-ctans *Quæst. de Causa peccati*, *Calvinum* solum, & nunquam *Lutherum* accusas; neque poteris, licet extrema tentaveris.

C O P.

COPPENSTEIN. pag. 42. 43.

HIMM. Harm. II, Utrique peccatum Orig. extenuant, ac fermè abnegant 1. Pontificii, Quia statuunt morbum Orig. & Concupiscentiam non esse peccatum propriè, sed abusivè. 2. De Calvinianis testatur Bellarmin. l. 4. de Amis. Gra. cap. 2. Convenit Zwinglius cum Catholicis: dissentit à Lutheranis. Catholici enim concupiscentiam fomitem seu radicem peccatorum esse volunt. Non tamen peccatum. Sic & Zwinglius. 3. Calvinus docet, Infantes Christianorum nasci Sanctos.

SPONG. I. Nos peccati Originis solùm esse causam damnationis posse docemus: Negant Lutherani & Calviniani. Nos concupiscentiam esse peccatum Orig. negamus: affirmant Lutherani & Calviniani. Ergò sumus AntiLuthero-Calviniani. Vide Luthero-Calv. par. 4. qq. 21: 22, 23. & c. Antichrist. pag. 4. quasi 11, 13. Genealog p 4. q. 7. II. Zwingliustria asserit 1. ex peccato Adæ redundare morbum, Concupiscentiam, 2. Hanc metonymicè esse peccatum: id est causam & Effectum peccati. III. Esse ipsum peccatum Orig. sed Metonymicè, In 1. & 2. convenit nobiscum in 3. cum Lutheranis. Ita Bellarmin. distinctè. At tum distinctè recitas & fallis.

APOLOGIA.

23. Resp. 1. Ubi nam docetis Coppensteini, Peccatum Orig. solùm esse Causam damnationis. Dicit non doces, & per Consequens fingis: quod ita doceo:

Quicùnq; 1. peccatum Orig. pro verò & propriè sic dicto peccato non agnoscunt. 2. nullam rationem peccati habere statuunt.

3. Ethnicos peccato Orig. (& actuali) infectos & non regeneratos, salvos pronunciant, illi certè peccatum Orig. solùm damnare haud docent.

Atqui Pontificii hoc faciunt. Ergò.

25. Assumptionem probo 1. Peccatum Orig. verè & propriè non esse peccatum docet Concil. Trident. Sess. 5. Concupiscentia, ait, in baptizatis reliqua, quam Apostolus aliquando peccatum appellat, sancta Synodus declarat, Ecclesiam Catholicam nunquam (nota obiter contradictionem Concil. quæ se vocat sanctam, & tamen improbat Apostoli Pauli, imò Spiritus S. Stylum & linguam)

linguam) peccatum appellare, quod verè & propriè sit peccatum. Idem docet *Andrad. Tapper. Azor. Rossens. Job. à Davent. Cocblæ. Staplet. Coster. Bellarmin. Tanner.* locis & verbis allegatis & recitatis *disp. 9. Papif. tb. 3.* quibus addatur ipse *Coppenstein*, qui hîc pag 43. cum *Zwinglio* (ita *Zwinglianizat*) *Concupiscentiam* vocat peccatum, sed *metonymicè*, id est, *impropriè*. 2. Nullam rationem peccati habere peccatum *Orig.* docet *Francisc. de Mayro.* Tantùm habet, inquit, aliquid de ratione peccati, quantum habet de ratione voluntarii. Atqui peccatum originale in particulari, nempe in *Protoplastis* solummodò fuit voluntarium, sed in *Universali*, hoc est, in nobis, est involuntarium. Ergò nullam habet rationem peccati. Quò collimat & *Staplet* & *Bellarmin. l. d. 3.* *Ethnicos irrogenitos*, salvos pronuciari à plurimis *Papistarum* in *Papatu* & *operto* & *aperto*, fusè ostendi *disp. 17. Papif. tb. 11, 12.* & *infra c. 7. Harm. 3.* Nuncius actum agere.

26. *Resp. 11.* Si Peccatum *Orig.* non est *Concupiscentia*, quid igitur est? & quo nomine aliàs appellanda *Coppensteini*? Annon *Apostolus Paulus* eam vocat Peccatum ante *Concil. Trident. l. d.* Tutene Tui ipsiusmet es oblitus, qui *part. 4. Calvinopap. q. 23. p. 33. n. 3.* concedis: Peccatum Originale materialiter & denominativè esse *Concupiscentiam*: & *q. 14. p. 19. ais.* Est propriè dictum Peccatum Originale.

27. Sed *Vestram* sententiam de *Concupiscentia* seu peccato *Orig.* quod propriè non sit peccatum, esse erroneam, probavi 1. ex *Scriptura.* 2. ex *Patribus.* 3. ex *proprie* fauciatae *vestrae* conscientiae testimonio *disp. 9. Papif. tb. 4-7.*

C O P P E N S T E I N pag 43-44.

Adde *ibid. Bellarmin.* demonstrat cogi *Lutheranos* negare, quod ullum sit peccatum Originale. Quia peccatum Originis est *privatio justitiæ*, *habitualisq; à Deo aversio*: at *utràmq;* negant *Lutherani*, patet *supra*: Ergò & peccatum *orig.* erit eis nullum.

A P O L O G I A.

28. Verba *Bellarmin. l. 4. de amiss. Gra. sub fin. c. 2.* ita habent. *Lutherani* autem, ut donum *justitiæ* *Originalis* naturæ *superadditum,*

per additum, atq; habituale minime agnoscunt, ita nec ejus privationem agnoscere possunt, & ideo peccatum originis in ipsa concupiscentia, quam tamen propriè peccatum esse volunt, constituere & collocare coguntur: Ex quo sequitur, ut ipsi etiam Lutherani peccatum Orig. negent, quamvis acriter pro eo asserendo contra Zwinglium pugnent. Ita scilicet Bellar. Zwinglium defendit, & tamen se Zwingliamizare & Calvinianizare (Calvinus enim eandem à Zwinglio didicit, & propugnavit opinionem) concedere noluit. Sed quicquid sit, Argumentum examinemus, quod hinc cum Bellarm. necit Coppenstein, id verò tale.

29. Quibuscunq; Peccatum Origin. nec justitiæ privatio, nec habitualis à Deo aversio est, illi negare coguntur, quod ullo modo sit peccatum originale.

Atqui Lutherani utraq; negant.

Ergo & peccatum Originis erit eis nullum.

30. Resp. Minorem simpliciter negamus, quippè laborat Elencho Testimoni, ubinam, Coppensteini, negavimus unquam, Peccatum Orig. esse vel justitiæ privationem, vel habitualement à Deo aversionem? Nullibi? Audi Conf. August. art. 2, Item docent (nostræ Ecclesiæ) magno consensu, quod post lapsum Adæ omnes homines, secundum naturam propagati, nascuntur cum peccato (en habitualement à Deo aversionem) hoc est, sine metu, (en justitiæ privationem) Dei, sine fiducia ergà Deum, & cum concupiscentia (en iterum habitualement aversionem) quod hic motus seu vitium verè sit peccatum damnans & c. Apolog. Confess. m. p. 55. Neq; verò, inquit, concupiscentia tantum corruptio qualitatum corporis est: sed etiam prava conversio ad carnalia in superioribus viribus. Hunc Artic. his comprobat verbis Joh. Hoffmeister. in Harm. Conf. Aug. pag. 25. Articulus hic secundus, inquit, non habet, unde à Candidis Theologis vel rejici vel vituperari possit. It. Joan. Cochle. ibid. pag. 22. ait: De hoc Articulo non foret difficile Concordiam invenire, si ex animo pax & unitas quaeratur.

COPPENSTEIN. pag. 44.

HIMM. III, Utrique conspirant sedem pecc. orig. esse
ani-

animam. Quia ait *Bellarmin. l. 4. de amiss. grat. c. 11.* animam non ex traduce oriri, sed cœlitus immitti, Unde autorem peccati Deum statuunt. Quin etiam omne malum esse ens privativum dicunt: ac tale esse peccatum orig. ergò id fermè annihilant.

S P O N G. *Utrúmque verum esse docui in Luthero-Calv. p. 4. qq. 15. 16. At hoc falsum: ideò Deum peccati autorem fieri. Vide ibid. Malum verò est privatio boni formaliter: at consequenter est quid positivum maculæ & reatus. Malum! quàm tua hæc Concordia emendicata est & excors.*

A P O L O G I A.

31. *Resp. I. Coppensteinium mutilatè mea citare verba, quorum sensus non hic est, ac si improbarem, quòd Pontificii & Calviniani sedem (principalem) peccati Orig. statuunt animam, hoc enim & nos ipsi docemus, sed hoc improbo, quòd animæ (subjecti seu sedis peccati originalis) originem perperam utriusque describant. Ita enim pag. 58. Harm. mea habent verba. Tandem h. l. Calviniani conspirant cum Esavitis, Originalis peccati sedem animam nimir. quoad propagationem perperam describendo.*

32. *II. Animam non ex traduce oriri, sed cœlitus immitti unde probat Coppensteinius? Nam loco, quò nos remittit videlicet p. 4. Luthero-Calv. q. 15. & 16. ne quidem unico Scripturæ dicto hoc probat, sed hanc de infusione, & quotidiana animarum creatione sententiam, esse contra Augustini, Greg. Nyss. & Tertull. apertè fatetur. Nos verò allegavimus pag. 58. b. Harmo. Autores, qui solidis & firmis animæ traducem defendunt argumentis, quibus respondere debuisset Coppenstein; si officio suo ritè defungi voluisset. Nec enim satis est nudè & crudè dicere: Hoc verum: & hoc falsum est. Nuda Affirmatio vel Negatio non est sufficiens Quæstionis probatio, sed necesse est, ut accedat Argumentum quoddam tertium, veluti Quæstionis arbiter, quo Affirmativa vel Negativa roboretur, uti notum ex Logicis.*

33. *III. ex infusione & quotidiana animarum humanarum creatione sequi Deum esse autorem peccati ita probo:*

T 2

Quis

Quicumque creat & propagat subjectum, ille etiam unà creat & propagat inseparabile Adjunctum.

Atqui ex sententia Pontificio-Calviniana Deus quotidie creat & propagat peccati orig. subjectum videlicet ipsam animam.

Ergò creat & propagat etiam ipsius Animæ inseparabile Adjunctum videlicet peccatum.

34. Frivola verò est Coppensleinii exceptio part. 4. Luthero-Calv. q. 16. pag. 21. quando ait: Non tamen anima ex sua creatione maculatur: sic enim Deus peccati foret autor: Inquinatur autem ex infusione sui in corpus, respectu corporis: non infundentis. Quia creatio est solius Dei simpliciter: infusio autem est & infundentis Dei, & recipientis corporis simul.

35. Regeto Causa Causæ est etiam Causa causati: Deus est causa infusionis, infusio est causa inquisitionis. Ergò Deus est causa inquisitionis. 2. ἀνίπως dicitur: Infusionem esse & infundentis Dei, & Recipientis corporis simul. Infundens enim active, Recipiens verò passive se habet. Et hic non de passione, sed actione disputamus

36. Manet proinde immotæ veritatis hocce D. August. Epist. 27. & 57. emblemata: Neq; legendo neque ratiocinando inveniri potest, quomodo cum animarum creatione peccatum Orig. defendatur. It. D. Greg l. 7. indict. 2. Epist. 13. Si anima cum carne non nascatur, cur in ea carne, quæ de Adam prolata est, obligata peccatis tenetur? Et his atque similibus rationibus constrictus tenetur Bellarm. ut quò se cum Calvinianis vertat, nesciat, uti ostendimus disput. 9. Papis. thes. 42. Adde disput. 5. Calvinis. thes. 12.

37. Qui igitur hic mea Concordia Papæ-Calvinistica emendicata est & excors Coppensleinii? Præsertim cum Calvinismum de infusione animæ hic defendas? Vide autem quomodo in gratiam redeas cum tuo Bellarm. & omnibus aliis, qui statuunt, peccatum Orig. nudam & meram esse privationem, & nequaquam positivum quid (quod rectè nobiscum tu hic asseris) Nota tibi erit disputatio Metaphysicorum rigidorum, qui
posi-

positivum cum Ente & bono absolute converti volunt, neque ullum malum (quale peccatum) positivum recte dici concedunt. Quam tamen sententiam nos nostram haud facimus, sed contra Bellarm. oppugnamus. vid. disput. 9. Papis, th. 8-12.

38. Sed progrediamur ad *Caput Harmoniae nostrae VI.* quod est de *Lib. Arb.* ubi ita paucis disserit

COPPENSTEIN pag. 44. & 45.

CAP. VI. de Lib. Arb.

HIMM. Utrique Liberi Arb. *συνέρχων* Pelagianam defendunt in lapso irrogenito: nostri eorum incommodas phrasas jam diu docuerunt. At mens irrogeniti est obtenebrata, caeca, vana, stulta, in peccatis mortua: nil igitur ad sui conversionem conferre potest, testantibus illa Scripturis.

SPONG. Fallis aperte nimis 1. Pelagiana Synergia omnia soli libero arbitrio tribuebat in supernaturalibus.

APOLOGIA,

39. Resp. I. Pelagius fuit Vertumnus & ingenio plane Lojolitico praeditus, qui varias se in formas mutare, & musitare magis, quam clare loqui novit, ludens *equivocatione* vocis *Gratiae & Adjuvandi*. Hanc secuti sunt primo *sententionarii & Scholastici*, qui ad castra Pelagii manifeste transierunt, teste Bellarmin. l. 5. de *Gra. & lib. arb. cap. 5.* Deinde *Pontificii. Synod. Trident. sess. 6. Can. 5. cap. 2.* ita Bellarm. *Coster. Andrad. qua de re legatur tom. 1. Disp. Gies. disp. 15. th. 6-41.*

40. II. Ex verbis Coppensteinii ita arguo:

Quicumq; Synergiam soli libero Arbitrio tribuit in supernaturalibus, illi sunt Pelagiani.

Pontificii hoc faciunt. Ergo.

Major est Coppensteinii hic pag. 45. n. 1. Minor, Bellarm. qui l. 6. de *Gra c. 15.* Homo, ait, ante omnem gratiam non solum liberum habet arbitrium ad opera naturalia & moralia, sed etiam ad opera pietatis & supernaturalia. It. cap. 8. *Dilectio Dei super omnia naturalis est, quod attinet ad inclinationem naturae, quae manet in homine per modum actus primi & c. lib. 5. c. 29. Absolute ho-*

mo potest, si velit, omnia mandata Dei, sicut oportet observare, quia potest exuere cor vetus & induere novum, si velit vocationi Domini acquiescere, seq. ad Deum ex toto corde convertere: Scriptum est enim: Facite vobis cor novum & Spiritum novum.

C O P P E N S T E I N pag. 45.

2. At Catholica primas dat gratiæ, secundas arbitrii cooperationi.

41. Resp. Falleris apertè & verè nimis hîc Coppensteini, annon legisti quid Theologia Scholastica (ad quam sæpius in Luthero-Calv. & alibi provocas) doceat, nimirum: *Hominem ex suis Naturalibus posse moraliter bene agere, & ad gratiam se disponere, peccata cavere, & præcepta implere.* Biel. in 1. sent. dist. 28. *faciendo quod in se est, sufficienter ad infundendam gratiam præparare.* lib. 3. sent. dist. 2. *qui libero arbitrio suo rectè utatur, quantum potest, disponere se ad gratiam gratum-facientem,* Richard. de med. Villa in 2. sent. dist. 28. q. 2. *Etiam si in peccato mortali existat; Scotus in 2. sentent dist. 28. & sine gratia; Thom. in eand. dist. art. 4. Durand. art. 3. Et naturam corruptam non indigere gratiâ sanante, sed solùm sublevante.* Idem. Hinc de merito congrui multa apud ipsos leguntur. Definitur autem in *Compend. Theolog. Verit. l. 5. cap. 11. per quod disponitur subiectum, ut possit recipere gratiam secundum rationem justitiæ divinæ: Et apud Thom. quod procedit ex libero arbitrio. Congruum enim est, inquit, ut, dum homo virtute liberi arbitrii bene utitur, Deus secundum excellentiam misericordiæ excellentius operetur.* Et Biel. l. 4. sent. dist. 14. q. 1. *Quando ex naturalibus, ait, elicitur actus dilectionis Dei super omnia, illa est immediata sufficiens & ultima dispositio aptans ad susceptionem gratiæ, & eâ existente statim infunditur gratia: atq. ita actus ille meritorius est, si, ut in physicis ultima dispositio necessitat ad formam.*

42. Hinc supra th. 40. ex Cardinale tuo Bellarmin. audivimus, quod *HOMO ANTE OMNEM GRATIAM* liberum arbitrium habeat etiam ad *supernaturalia*: quod *Dilectio Dei super omnia sit Naturalis*, quod *absolutè possit quis ex Viribus arbitrii*

omnia

omnia Dei mandata servare. Ubi hic, Coppensteini, primæ gratiæ divinæ assignantur.

43. Et quâ ratione *Papatus* propugnet *lib. arb.* in hominibus nondum regeneratis; & doceat hominem etiam in *Pecato Origin.* existentem mereri de congruo gratiæ infusionem, ostensum *disp. 9. Papist. th. 15-23.* Et ipse Coppensteinius testatur *par. 4. Luthero-Calv. q. 47. pag. 71. Cassianum & Faustum* olim opinatos esse, bona desideria in homine, licet debilia, præcedere gratiam: quod idem docet *Bell. verb. th. præced. citatis.*

44. Sed verum manet quod alicubi *August.* ait: *Naturæ Patronos esse Gratiæ divinæ inimicos.* Unde haud ineleganter *Scotus* super *Prolog. Lombard. p. 1. quæst. Utrum homini sit necessaria naturalis Theologia?* *Philosophi, inquit, tenent perfectionem Naturæ, & negant perfectionem Gratiæ. Theologi verò agnoscunt defectum Naturæ & necessitatem gratiæ, & perfectionem supernaturalium.*

COPPENSTEIN. pag. 45.

Lutherani & Calviniani fingunt à Deo voluntatem cogi, adeoque necessitari ad bonum. Vide Luthero-Calv. p. 4. q. 47. Antichrist p. 4. q. 28. Geneal. p. 4. q. 14.

APOLOGIA.

45. De *Calvinianis* ac vobis hæc verè scribis Coppensteini, sed de nobis falsè. *Bellarmin.* tui *Calvinianizantis* verba de necessitate labendi & peccandi adduxi supra *th. 20.*

46. Neque loca à Te citata *part. 4. Luthero-Calvin. q. 47.* evincunt *Lutheranos* fingere à Deo voluntatem cogi, adeoque necessitari ad bonam. Etenim trahit nos Deus. *Job. 6, 44.* sed non *θεω ολικῶς* immediate, at *πολιτικῶς* & mediate nimirum per verbum & Sacramenta. Et ipse met laudas hoc in puncto sententiam *Dn. Chemnit.* aliorumque *Lutheranorum.* *l. d. p. 71.* Quæ autem sit genuina nostra de *Lib. arb.* doctrina cognoscere potes ex *Lib. Concord. art. 2. & Confess. August. art. 17.* super quam ita commentatur *Job. Hoffmeist. Harm. Confess. August.* Nihil, inquit, offendit nos hic articulus, nec quicquam in malam partem interpre-

terpre-

terpretabimur, quoniam ex monumentis piorum Patrum, imò & ex Sacris Scripturis videtur desumptus. Postea inter cœtera recitat sententiam Aug. ex lib. 3. contra duas Epist. Pelag. cap. 8. Liberum arbitrium captivatum non nisi ad peccatum valet: ad justitiam verò nisi divinitus liberatum, adjectumq; non valet. Greg Cassand. commendat hunc Articulum, tanquam consentientem doctrinæ Ecclesiasticæ.

47. Superest ut dispiciamus, quænam ἐγκλήματα Lutheri, Lutheranisq; tribuat Coppenstein. in Speculo Calvinio-Papist. Ita verò

COPPENSTEIN. pag. 64.

II. Statuamus, justitiam originalem non fuisse donum: sed verè naturalem. Luther. Comment. in c. 3, Gen.

A P O L O G I A.

48. Resp. I. Quomodo τὸ Naturale dupliciter sumatur ostensum est ante etiam ipso Coppensteinio consentiente, th. 12. Sic hic Lutherus per Naturalem Justitiam Originalem intelligit σωμέφουτον seu connaturalem. Recognoscat igitur Coppenstein. propria sua verba, quæ par. 4. Lutheri-Calvi. q. 16. p. 22. ita habent: Natura dicitur bifariam: Essentialiter, quod vel pars est Essentiæ, vel immediatè ex hac fluit. 2. Accidentaliter adveniens. Hoc non priore modo Justitia, Originalis, Naturalis Lutheri dicitur.

COPPENSTEIN. pag. 64.

Mala opera in impiis regit Deus Luther. in assert. art. 36. tom. 2. Witteb. anno 1551. Hic autor fuit proditionis Judæ, adulterii Davidis &c. Luther. l. de serv. arb. Melanth. in Rom. 2.

A P O L O G I A.

49. Resp. Utique Deus regit & dirigit actiones tam bonas, quàm malas. Concurrit enim divina Providentia ad actiones utràsque. In actionibus bonis concurrit sustentando, præcipiendo, operando, juvando, probando, Esa. 45: 1, 3. 2. Cor. 3, 5. In malis præsciendo Eccles. 23, 28. cap. 39, 24. naturam sustentando. Act. 17, 28. permittendo. Rom. 1, 24. Act. 14, 16. deservendo.

rendo, 1. Samuel. 16. 14. Esa. 5: 4, 5. Satanae tradendo. Ezech. 14, 9. metas praefiniendo. Esa. 8, 18. bonum eliciendo. Genesi. 50, 20. Esa. 10: 7, 12.

50. Lutherum & Melanth. statuisse Deum autorem Judae produtionis, adulterii Davidis &c. nimis crudè & nudè asseris Coppensteini, cur non citasti librorum à te citatorum verba & paginas. Tale quippiam non legi vel in Luthero, vel in Philippo, quorum uterque absolutum illud Calvinò-Papisticum decretum cane pejus & angue odit.

51. Audi quid de his & similibus locis scribat Lutherus in cap. 26. Gen. tom. V. Lat. Witteb. p. 285. Hoc studiosè & accurate monere volui, quia post meam mortem multi libros meos proferent in medium, & inde omnis generis errores & deliria sua confirmabunt. Scripsi autem inter reliqua (de Lib. Arb. contra Erasm. p. 146.) esse Omnia Absoluta & Necessaria: sed simul addidi quod aspiciendus sit Deus revelatus, sicut in Psal. canimus: Er heist Jesus Christ &c. Sed istos locos omnes transibunt, at eos tantum arripient de Deo abscondito. Vos ergò qui nunc me auditis, memineritis me hoc docuisse: non esse inquirendum de Prædestinatione Dei absconditi, sed in illis acquiescendum, quæ revelantur per Vocationem & Ministerium verbi. Ibi enim potes de fide & salute tua certus esse ac dicere. Ego credo in Filium Dei, qui dixit: Qui credit in Filium, habet vitam æternam. Ergò in eo non est damnatio ac ira, sed beneplacitum Dei Patris. Hæc eadem alibi in libris meis protestatus sum, & nunc viva voce trado, ideò sum excusatus. Audi Philip. Melanth.

Non Deus est Numen Parcarum carcere clausum,

Quale putabatur Stoicus esse Deus.

Ille potest solis currus inhibere volantes,

Ille velut montes flumina stare jubet.

52. Sed esto, scripserit & dixerit Lutherus; Deum esse autorem produtionis Judae, cum sano sensu id intellectum voluit, quo Scriptura S. dicit Christum prædestinato consilio & præscientia Dei traditum esse in manus iniquorum, Actor. 2, 23. c. 4, 28.

53. Ubi obiter observandum, quod deo pro modo seu præor-

V

dina-

dinatio sit duplex 1. *Effectiva*, quâ Deus ab æterno decrevit actiones bonas, quas ipse factururus est in tempore vel immediatè, vel mediatè ad bonum finem obtinendum dirigere & ordinare. 2. *Correctiva*, quâ ipse decrevit actiones malas, quas alii facturi sunt, ordinare, hoc est, corrigere, in ordinem reducere & ad bonum finem dirigere. Hæc non illa locum habet in Crucifixione Filii Dei.

COPPENSTEIN. pag. 64.

12. Sicut justitia Orig. fuit de essentia hominis, ita & peccatum quod successit, est de essentia hominis. Luth. in Gen. 3.

54. Resp. Aliud est esse de Essentia, aliud esse ipsam Essentiam. Hoc notat τὸ συστατικὸν φύσεως vel ἐπόμψον τῆς φύσεως, illud verò τὸ συνέμψυτον, priori non posteriori modo intelligit Lutherus τὸ Essentiale, sicut suprâ τὸ Naturale. vid. th. 12. & 48.

COPPENSTEIN. pag. 66.

Fœtus in utero, antequam homines esse incipimus, peccatum est. Luth. in Psal. 5.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

55. Atqui idem asserit 1. *Scriptura*; Jobi 14, 4. c. 15, 16. Ps. 51, 7. 2. *Patres*: Ambros. in Apolog. Davidis c. 11. Antequam nascimur, maculamur contagio: antequam usuram lucis, originis ipsius excipimus injuriam, in iniquitatibus concipimur &c. Ibid. Nec illi materni conceptus dies sunt sine peccato, concipimur in peccato parentum. Bernh. Serm. 4. in Nativ. col. 43. in ipsa origine & radice mea infectus & inquinatus sum, immunda est conceptio mea. 3. *Bellarmin.* ipse sibi contrarius (Contrarium enim astruit l. 5. de Amiff. Gra. c. 6.) l. 4. de Amiff. grat. c. 4. Si solus, ait, Deus potest mundare hominem de immundo conceptum semine, sequitur eundem hominem ab ipsa conceptione esse immundum &c. It. David se miserum ab ipsa conceptione fuisse dicit, verbum Cholethi refertur ad formationem Corporis, quæ post parentum concubitum à Deo fit, ac voces חַוְוָה אֵתֶן Cherech Ayon, significant propriè verum peccatum, vox יָחַתְנִי יְהוָה Jochenatni calafecit refertur ad illud tempus, quo fœtum jam formatum & animatum

matum

matum mater in utero fovet ac fovendo calefacit : certum autem est, nullum intervenire parentum peccatum, vel cum proles concepta formatur, vel cum formata in utero confovetur, Hæc Bellarm.

COPPENSTEIN. pag. 66.

In puero post Baptismum negare remanens peccatum, est Paulum simul & Christum conculcare. Luther. tom. 2. Witteberg. art. 2.

A P O L O G I A.

56. Et hoc verè asserit Lutherus. Qui enim id negat quod Scriptura S. disertè affirmat, ille certè Christum, ille Paulum, ille Prophetam & Apostolos, imò totam SS. Trinitatem pedibus conculcat. Atqui hoc faciunt Pontificii, asserendo post Baptismum non remanere peccatum, quod tamen affirmat Scriptura. Rom. 7, 24. Ps. 19, 13. & c. vid. disp. 9. Papisth. 4. it. disp. 13 th. 46. Ergò.

COPPENSTEIN pag. 66.

13. Dubium non est, quin Satanâ Magistro in Ecclesiam venerit hoc nomen Liberum arbitrium. Luth. in assert. ar. 32. Idem librum scripsit & inscripsit de Servo arbitrio.

A P O L O G I A.

57. Resp. Itidem hic rectè loquitur Lutherus perstringens errorem Pelagianorum & Scholasticorum ac Pontificiorum, qui nomine liberi arbitrii pessimè abutebantur, cum nulla planè sit in rebus spiritualibus nobis reliqua post lapsum libertas, sed sumus peccati servi, juxta illud Job. 8, 34. Rom. 6: 17, 18, 20. Et enim hominem nondum renatum & penitè quoad intellectum, & Voluntatem Corruptum, à peccato non liberum, sed servum esse peccati ex Scriptura demonstravimus disp. 10. Syntag. th. 60. 61. Unde Lutherus rectè post lapsum ante Regenerationem librum scripsit de Servo Arbitrio contra Erasmus, qui libertatem nimiam propugnavit. Adde quod B. Lutherus omnes suas duriores locutiones in lib. de Serv. Arbitr. mitigavit in cygnæa sua cantione ad cap. 26. Genesew.

58. Ejus verba pag. 353. b. ita sonant: Sic igitur in libello de Servo Arbitrio & alibi docui: Esse distinguendum, quando agitur de notitia, vel potius de subjecto divinitatis. Aut enim disputandum

XII. 11.

tandum est de Deo abscondito, aut de Deo revelato. De Deo quatenus non est revelatus, nulla est fides, nulla scientia & cognitio nulla. Atque ibi tenendum est, quod dicitur: Quæ supra nos nihil ad nos. Ejusmodi enim cogitationes, quæ supra aut extra revelationem Dei, sublimius aliquid rimantur, prorsus Diabolicae sunt, quibus nihil amplius proficitur, quam ut nos ipsos in exitium precipitemus, quia objiciunt objectum impervestigabile, vid. Deum non revelatum. Quin potius retineat Deus sua decreta & mysteria in abscondito. Non est cur ea manifestari nobis tantopere laboremus. Moses etiam petebat, ut ostenderet Deus ipsi faciem suam. Sed respondet Dominus: Posteriora mea tibi ostendam, faciem autem meam videre non poteris. Est enim curiositas ista ipsum peccatum Originis, quo impellimur, ut ad Deum affeilemus viam naturali speculatione. Sed est ingens peccatum, & conatus inutilis & irritus. Sic enim inquit Christus, Johan. 6. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Ideo quando ad Deum non revelatum accedimus, ibi nulla fides, nullum verbum, neque ulla cognitio est, quia est invisibilis Deus, quem tu non facies visibilem. Deinde severissime prohibuit Deus istam adfectionem divinitatis. Sicut ait ad Apostolos Christus Actor. 1. cum quærent: Num prædestinatum est, ut hoc tempore restitueretur regnum? Non est vestrum nosse tempora. Sine me esse absconditum, ubi me non revelavi tibi, aut tibi ipsi exitii causa eris. Sicut Adam horribiliter lapsus est. Quia scrutator majestatis opprimetur à gloria.

Haftenus Lutherus.

ΣΥΝ ΘΕΩ

DISPUTATIO IIX.

ANTI-COPPENSTEINIANA

De

JUSTIFICATIONE, BONIS
OPERIBUS ET POENITENTIA.

RESPONDENTE

JACOBO RAUPPIO, Rotenburgo-Tuberano.

THESIS I.



Cropolin Controversiarum Papisticarum aggredimur, Articulum nimirum de Justificatione, Bonis Operibus, & de Pœnitentia. Ubivis noster Adversarius est valdè succinctus, ne dicam jejunus; interim aculeatus, suo FINIS stipatus & condensatus. Sed loquatur ipse.

COPPENSTEIN. pag 45-46.

CAPUT VI. De Justificatione & Bonis Operibus.

HIMM. Harmonia I. utrique confundunt Justificationem cum Sanctificatione, ut causam cum effectu. De Pontificiis constat ex Conc. Trid. sess. 6. Bellarm. l. 1. de Justif. c. 1. & l. 2. c. 3. Sic & Calviniani.

SPONGIA I. Fingis vel contra ipsos, quos das, testes. Quia distinguimus, non confundimus: ponimusq; Justificationem I. in Remissione peccatorum: 2. & Renovatione interna seu sanctificatione.

APOLOGIA.

2. Resp. Quæstio est: An Pontificii (ut & Calviniani) confundant Justificationem cum Sanctificatione, hoc est, causam

X

CUM

cum effectu? Ego affirmo adductis testimoniis ex *Conc. Trid.* & *Bellarmino*. Quid *Coppensteinius* ad hæc? *FINGIS* respondet contra ipsos, quos das Testes. Ne igitur vel ipsi, vel alii hoc fingere, & Testibus citatis aliquid affingere videar, age expendamus verba Pontificiorum à me citata & allegata. Ita verò *Conc. Trid. Sess. 6. c. 7.* Justificatio non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio & renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ & donorum, unde homo ex injusto fit justus. Ita *Bellarmino*. l. 1. de Justif. c. 1. Justificationis nomen in Sacris Literis accipitur 1. Pro ipsa Lege *Psal. 118. 2.* Pro acquisitione justitiæ. 3. Pro incremento justitiæ, *Apoc. 22, 4.* Pro declaratione justitiæ, *Prov. 17.* Ex his accipiunt Adversarii quartam in *Controv. de Justif.* Sed hac de re differuimus l. 2. c. 3. At quid differit *Bellarmino*. l. dicto? Hoc scilicet inherentem justitiam, (quæ nil aliud, quàm renovatio) nostram esse formalem, uti habet hujus cap. inscriptio, ubi mox citato loco *Rom. 5: 17, 18, 19* hæc subjicit: Ex hoc loco habemus, justificari per Christum, non esse haberi aut pronunciarì justos, sed verè fieri ac constitui justos, per adeptionem inherentis justitiæ, & justitiæ non imperfectæ, sed absolutæ & perfectæ. *Censur. Colon. p. 142. & 148.* Sic profectò re ipsa idem esse videntur justificatio & sanctificatio, vel saltem sanctificationem illa includit, *Andrad. l. 6. p. 468.* Nulla quidem, inquit, ratione sanctificationem à justificatione separare ac discernere debemus: quin imò in ipsa sanctificatione justificatio collocanda est. Nunc argumentor:

3. Quicquid id Effectui tribuit quod soli competit Cause, ille causam cum Effectu confundit.

Pontificii Effectum seu Renovationi id tribuunt, videlicet salutem æternam; quod soli Cause (Justificationi) competit. Ergò Pontificii Renovationem seu Effectum confundunt cum Justificatione seu Cause.

4. Major est extra dubitationis aleam posita. Minor patet ex verbis *Conc. Trid. Bellarmino* & c. recitatis. Ergò stat Conclusio.

(Sed *Coppensteinius* quidem excipit: Pontificias distinguere, non confundere Justificationem & Renovationem, dum justificatio-

catio-

rationem ponant in remissione peccatorum, & Renovatione interna seu Sanctificatione; Sed hoc ipsum est, quod in Pontificiis impro-
bamus, quod videlicet perperam justificationem ponant in Re-
missione peccatorum & Renovatione interna seu sanctificatione:
quæ est non distinctio, sed pessima confusio.

6. Etenim si Justificatio consistit in peccatorum Remis-
sione, quæ constabit in Sanctificatione seu Renovatione exter-
na? Et quæ, quæso, hæc est realis distinctio Justificationis &
Sanctificationis, cum secundum Censuram Colon. l. d. re ipsa idem
sint Justificatio & Sanctificatio? cum secundum Bellarm. Sancti-
ficatio sit formalis Justificatio? cum secundum Andrad. in ipsa
Sanctificatione Justificatio sit collocanda.

7. Ac, Coppensteini, qui simul stare possunt Peccatorum
Remissio & Sanctificatio formaliter in Justificatione. Num qui
perit & accipit remissionem peccatorum est coram Deo in ipso
Justificationis actu sanctus, annon potius peccatis onustus? Ob-
jectum Justificationis estne homo peccator, vel homo sanctificatus
& justus? David certe psal. 32. facit mentionem peccatorum &
eorundem non-imputationis seu testionis, sed non Sanctificatio-
nis seu Internæ Renovationis, quæ Justificationis est Conse-
quens seu Effectus, non Antecedens vel ingrediens.

8. At omnis vester error inde resultat, quia i. vo-
cem Justificationis habitualiter contra Scripturam, contra Pa-
trum orthodoxiam, contra Rationem sanam, & sic physicè &
qualitativè (sicut calefacere) sumitis; cum tamen Scriptura non
physicè, sed politicè, ac modo forensi eam sumat, ut ostensum
disp. 16. Papismi th. 3. & 4.

9. 2. Quia Gratiam Dei, Causam Justificationis Effi-
cientem principalem internam, non passivè pro dono & favo-
re Dei gratuito, sed activè pro qualitatibus infusione ac inter-
na Renovatione agnoscitis, contra Scripturam, Patres, propriam
conscientiam, uti ostendimus disp. d. th. 16-17. & probatum
dedimus i. ex Etymo Hebræo. 2. Conjugatis. 3. Synonymis. 4. Ef-
fectis. 5. Opposito. disp. 24. Syntagm. th. 24-29.

10. At ita vobis semper *Justificatio* & *Renovatio* coincidunt, & *ἰσοδυναμῶν* sunt, quæ tamen differunt *Efficiente*, *Forma*, *Effecto*, *Subjecto* & *Actu* ipso; vide *disp. 8. Papism. th. 17.* Calvinianos ab actu *Justificationis* excludere *Renovationem* seu *Sanctificationem*, falsissimum est, uti ex testimonio *Zwingly*, & *Joach. Curæi*, p. 60. *Harm.* manifestè apparet. Ita enim *Zwing. Epist. ad Principes Germaniæ: Sanctificatio Spiritus est vera justificatio, quæ sola ad justificationem sufficiat.* Et *Joach. Curæi. in Exeg. pag. 36 37. Sumus justi primùm imputatione propter obedientiam filii Dei, derivantis in se pœnam pro peccatis generis humani: sed altera pars justificationis est sanctificatio*

C O P P E N S T E I N. pag. 46.

2. Lutherani *in sola fide*, alii *in Remissione*: pleriq; *in imputatione justitiæ Christi, tectrice scelerum.* Ecce discordiam, quæ constat ex ipso *Tridentini loco citato*, ut docet *Bellarm. l. 2. de Justif. c. 2. cui cum Trid. Conc. facis injuriam.*

A P O L O G I A.

11. *Resp. I. Nulla hîc Discordia, sed optima secundum Scripturam Harmonia & Concordia.* Subordinata enim non pugnant vel discordant, sed concordant & amicè conspirant.

12. *Sola fide justificamur, veluti causâ unicâ instrumentali apprehendente: Imputatione justitiæ Christi justificamur, veluti causâ Justificationis Formali.* vide his *disp. 16. Syntagm. th. 58-63. it. th. 72. Quæ hîc Discordia Coppensteini? Num sibi discordat Apostolus, quando Rom. 3. ait: Justificamur per fidem & quidem solam, v. 22. 28. & per gratiam Dei (imputatam justitiâ) quæ est in Christo Jesu?*

13. Quòd autem *Sarcasticè* cum *Contribulibus* tuis *imputationem justitiæ Christi* vocas *tectricem scelerum*, in eo quilibet vestrùm adimplet mensuram illius:

Quale tibi rostrum, tale tibi melos est.

Hic enim naso suspenditis adunco, & saltè irridetis ipsum Spiritum S. in Scripturis nobiscum loquentem, *Psal. 32, 1. Rom. 4, 5.*

Exsi-

Exhibilatis orthodoxos Patres. Ludibrio exponitis proprios vestros Dd. vid. disp. 8. Papis. th. 37-38. disput. 16. Syntagm. thes. 73-77.

14. Néque hic vel Concil. Trid. vel Bellarm. ullam facio injuriam. Bellarm. quidem l. 2. c. 2. desudat Conc. Trid. excusare, quasi justitiam formalem non constitueret partim in imputatione, partim in qualitate, sed frustra. Nam verba Concilii supra th. 2. recitata, sunt nimis clara, quæ ita habent Sess. 6. c. 7. Justificatio non est sola peccatorum remissio, sed & Sanctificatio & Renovatio & c. neque hoc negavit Piggghius teste ipsomet. Bellarm. l. d. imò nec ipse Bellarm. negat; licet sæpius sibi contradicat. Videantur verba ejus th. 2. citata. Quæ igitur hæc injuria Coppensteini?

15. Injuriosus verò est Bellarmin. quando l. 2. de Justif. sub fin. cap. 2. garrit; Non justificari hominem formaliter per justitiam Christi, sed unicam causam formalem justificationis consistere in ipsius justitiæ inharrentis infusione, & ex decreto Conc. Trid. anathema esse, qui sentiunt, nos per Christi justitiam justos esse formaliter.

16. Huic blasphemix & brutò Conc. Trid. fulmini merito opponitur locus Apostoli: Si quis non diligit Jesum Christum sit anathema, maran atha. 1. Cor. 16, 22.

17. Et hac in parte Conc. Trid. anathematizat 1. Scripturam S. 2. Patres & inter multos Pontificios ipsum Bellarmin. vide disp. 8. Papis. th. 38.

COPPENSTEIN. pag. 46.

HIMM. HARM. II. Utrique docent infantes alienâ fide salvari, & justificari, sicut alieno peccato fiunt peccatores. At, non sicut delictum ita & donum, Rom. 5. Nam sic & aliena fides inhareret eis, sicut alienum peccatum propagine.

SPONG. Fingis vel contra ipsos testes tuos. Nam 1. Catholici docemus, infantes in aliena fide parentum seu Ecclesia baptizari: non autem eâ fide salvari: sed tum fide infusa habituali: tum

actuali: nam ipsum baptizare est credere, susceptioq; baptismi est professio fidei.

A P O L O G I A.

18. Resp. I. Nisi tibi parcerem Coppensteini, dicerem te gnaviter esse impudentem, qui id me fingere contra testes à me adductos dicere audes, quod tamen Testes à me adducti, clarè & expressè loquuntur & restantur. Hoc ut quilibet Lector Candidus vel manibus palpet, ex ipsa Harmonia ita ostendo.

19. *Questio est: An Pontificii dicant, quod infantes aliena fide credant & salventur.* Hoc ego Harm. 2. pag. 60. & 61. affirmo ex proprio Testimonio Bellarm. & Ludov. Granat. At Coppensteinius excipit; me istud Testibus Pontificiis affingere, & Catholicos docere; *Infantes quidem in aliena fide baptizari, sed non salvari.* Sed hæc exceptio est contra expressissimam Testium literam, & verba luce meridiana clariora, quæ huc ex Harmo. ad convincendum Coppensteinium repero, Tu Coppensteini arrige aures, vel perspicilla adhibe.

20. Ita Bellarm. l. 1. de Baptis. cap. 11. *Infantes, ait, non habent actualem fidem, sed fide aliena credunt.* Idem asserit l. 1. de Baptis. cap. 10, § ult. Atqui Coppensteini.

Quicumq; credit ille salvatur Marc. 16, 16. Johan. 3, 16. Infantes juxta Bellarm. F. de aliena credunt.

Ergò infantes juxta Bellarm. fide aliena salvantur.

21. Ita porro Ludov. Granat, in explicat. Evangel. de Paralyt. Matth. 9. Dom 19. post Trin. Hoc in loco immensa Dei bonitas satis apparet, qui frequenter propter aliena merita miseris opitulatur. Ibid. paulò post: *Annon quotidie Ecclesiæ fides in Sacramento Baptismi regeneratis infantibus sufficit ad salutem? Si enim tanta Dei justitia est, ut aliena labes nascentem puerum insiciat, cur non tanta sit ejusdem misericordia, ut aliena quoq; Fides & voluntas ei salutem conferat.*

22. Num adhuc, Coppensteini, fingo Pontificios docere infantes aliena fide salvari? Quæ addis de Fide infusa, habituali & actuali huc non spectant, sed alibi discutuntur. Quod autem scribis; ipsum baptizari esse credere, admodum est ambiguum, nisi ve-

li ve-

si velis *Metonymicè* intellectum, *Metonymia* nimirum *Causæ* pro *Effectò*, dum tò *baptizari* dicitur tò *credere causaliter*, quia videt per *Baptismum* conferatur *fides*,

COPPENSTEIN. pag. 47.

III. Lutherani aut *fidem*, aut *motum fidei* in *parvulis* requirunt. Ita *Bellarmin* l. 1. de *Bapt. cap. 11.* cui denuò irrogas *injuriã falsi* Ecce verò *Discordiam*, quam tu appellas *Concordiam*, *Væ* qui *divis* bonum malum.

APOLOGIA.

23. *Resp.* I. *vigilando* ne, *Coppensteini*, an *somniando* hæc scripsisti? Quâ enim *ratione* & quibus *verbis* *Bellarmino* hîc *injuriã* fecerim, cùm *eiusdem* *verbâ* *bona fide* citârim, quibus *tecum* *improbat* *Lutheranorum* *sententiã*, quâ *Fidem* *infantum* ac *parvulorum* *requirunt*?

24. Sed quia tibi, tuisque *Pontificiis* *Fides* *parvulorum* *fudes* est in *oculis*, age eam *expressis* *Scripturæ* *Testimoniis*, & *manifestis* & *immediatis* *Fidei* *Effectis* *stabiliamus*.

25. *Testimonia* hæc sunt: *Matth.* 18, 6. *Marc.* 9, 42. c. 10: 13, 14, 15. *Luc.* 18: 15, 16, 17.

26. *Effecta* *propria*, *immediatè* à *Fide* *proficiscentia*, *infantum* *fidem* *astruere* *tali* *probatur* *Syllogismo*.

27. *Quicunq;* *Christum* *induunt*, *regenerantur* & *in filios* *Dei* *adoptantur*, à *peccatis* *mundantur*, *justificantur*, *placent* *Deo*, *laudant* *Dominum*, *vincunt* *mundum*, *accipiunt* *regnum* *cælorum*, & *salvantur*; *Illi* *verè* *credunt* *in* *Christum*.

Atqui *Infantes* *Christianorum*, *qui* *sacro* *initiationis* *in* *fœdus* *sus-* *cepti*, *Christum* *induunt*, *Gal.* 3, 25. *regenerantur* & *in* *Filios* *Dei* *adoptantur*, *Joh.* 3, 5. *Tit.* 3: 5, 6, 7. à *peccatis* *mundantur*, *Ephes.* 5, 26. *justificantur*, *Matth.* 19. 14. *placent* *Deo*, *ibid.* *laudant* *Dominum*, *Psal.* 8, 3. *vincunt* *mundum*, *1. Joh.* 5, 4 *accipiunt* *regnum* *cælorum*, & *sal-* *vantur*, *quod* *itidem* *excitatis* *dictis* *manifestum* *est*.

Ergò

Ergò hujusmodi infantes verè in Christum credunt.

COPPENSTEIN. pag. 47.

HIMM. II. Pontificii docent, meritis alienis hominem justificari & salvari posse: præsertim meritis Sanctorum: idque imputativè.

SPONG. Fingis vel contra ipsos, quos testes facis 1. Neminem vel sibi posse primam justificationem mereri docemus: minus alteri, ex condigno: At ex congruo posse tum primam: tum & incrementum justitiæ sibi, alteriq; mereri quemq; justificatum viatorem: Comprehensores autem meriti sunt: nil merentur. 2. Calvinista excludunt omne Meritum: unicum Christi agnoscunt. 3. Lutherani excludunt meritum æternæ vitæ: non spiritualium hic donorum, seu & temporalium. Ecce Discordiam. Vide Luthero-Calvin. par. 4. qq. 81. 82, 83. Item Antichristum. Neque aliena merita dicimus alteri imputari, ut fingis: sed dari, donari realiter, non phantasticè imputari.

APOLOGIA.

28. Resp. 1. Meritum congrui & condigni est nil nisi purum putum Monachale commentum, uti ex professo demonstrat Dn. D. Gerh. tom. 4. Loc. de Bon. Oper. §. 108-III. quò Coppensteinium ablegatum volo. 2. Justificatio Prima & Secunda est somnium Lojolicum, à nobis profligatum disp. 24. Syntagm. th. 12-15. it. disp. 17. Papis. th. 8. & 9. 3. Pontificios meritis alienis, & quidem magis Hominum, quàm Christi misericordiâ ac meritis confidere, probavimus Tract. de Invoc. Relig. par. 2. Class. 2. c. 2. §. 3. à p. 33-385. it. c. 1. à p. 296-303. ubi p. 386. de imputativa Sanctorum justitia egimus. Quid opus ista hîc revocare?

COPPENSTEIN pag. 48.

HIMM. HARM. III. Utrique gentibus nec per verbum aut Sacramenta regeneratis adscribunt justificationem & salutem. Do testes &c.

SPONG. Gentiles cum possint lumine naturali, cum auxilio Dei, Deum cognoscere unum, verum; etiam credere possunt fide
imme-

immediate infusa: inq̄ hac cum morali vitæ bonitate justificari & salvari, absq̄ verbo externo & Sacramento: sed non absq̄ voto talem implicito. Vide Luthero-Calv. par. 4. q. 39. 45. Antichr. par. 4. q. 22. Enim verò adeò omnibus viventibus impertit Deus gratiam sufficientem ad salutem. Luthero-Calv. par. 4. q. 31. Antichr. q. 17. Calviniani assentiuntur nobis Rem, non Modum: nam vim eam tribuunt pacto abrahæ. Lutherani fluctuant: negant pleriq̄ En. Discordiam!

A P O L O G I A.

29. *Coppensteinus hunc crassissimum errorem palliare, audet tali Syllogismo:*

Quicumq̄ lumine naturali Deum unum verum cognoscunt, illi etiam credere & salvari possunt.

Atqui Gentiles lumine Naturali Deum unum & verum cognoscunt. Ergò.

Minorem fusè probat par. 4. Luthero-Calv. q. 39-45. par. 4. Antichr. q. 22.

30. *Resp. 1. Minorem non indigere probatione, sed Majorem, quam hinc probare debuisset Coppenstein. Nam quod affert, de Fide immediate, absque verbo & Sacramento intuitu, & de Voto implicito, item de morali vitæ bonitate, illa omnia sunt somnia cerebri Coppensteiniani, ab ipsa & Scriptura Johan. 3, 16. cap. 17, 13. Rom. 3, 28. & à Patrum orthodoxia damnata; vid. disp. 17. Papist. th. 13. Atque hinc videmus, quod verè scribat Apologia Confessionis Augusta. Justificationem Papisticam esse non nisi merè Philosophicam ac Moralem. Etenim si Ethnici possunt justificari & salvari operibus moralibus, ex instinctu Naturæ factis, quid id non de Christianis locum haberet? vide disp. Anti-Papist. 17. th. 10-14.*

31. 2. *Deus quidem dat media sufficientia, & sufficientem salutis impetrandæ gratiam, at non extra Verbum & Sacramenta, uti fingit Coppenstein; sed per Verbum & Sacramenta. Et Coppensteini, si extra Ecclesiam, extra Verbum & Sacramenta est salus, quid igitur vos tanto molimine crepatis & ingemi-*

Y

natis

natis Ecclesiam, Ecclesiam, & omnes damnatis, qui non sunt in Ecclesia Romana? Nos cum D. August. l. de Unit. Eccles. cap. 3. ex Scripturis petimus documenta & probationes veritatis: ibi perquirimus Ecclesiam (& salutem) ibi discutimus causam nostram. Ubi non possum non tibi opponere verba Bellarm. l. de Baptism. c. 8. p. 406. Parvuli salvi esse possunt, sed extra Ecclesiam non est salus, igitur intrent Ecclesiam necesse est.

COPPENSTEIN. pag. 49.

HIMM, HARM, IV. Utrique bona opera ad salutem necessaria asserunt, etiam ratione Efficientiæ

SPONG. Verum dicendo nugaris. 1. Docemus, esse opera verè bona ac justa: eaq; justificare ac salvare, uti huc necessaria, & aeternæ vitæ esse meritoria. 2. Calvinistæ fingunt esse verè bona, non tamen simpliciter justa & perfectâ: esse item fidelibus necessaria per vitam hanc: at non ad æternam, utpote imperfectâ: ac proinde nullo modo meritoria salutis. 3. Lutherani variant: Electorales seu Majoristæ fingunt esse necessaria necessitate Præsentia: non Efficientia. Saxonici seu Flacciani, datâ Præsentia, ajunt Efficientia necessitatem esse periculosam in Ecclesia mereriq; salutis nihil. Sicq; concordant Luthero-Calvinistæ: discordant à nobis. Ecce tuam discordem concordiam: & quam irrogas nobis injuriam: Fidemq; jactas Solam vanè:

APOLOGIA,

32. Resp. 1. Nugaturnè, qui verum dicit, Coppensteini? Nemo hoc nisi Nugator asseret. Et qui nugarer, cum id, quod de vobis scribo, concedas & asseras (cum illis quos in Harmon. p. 62. b. allegavi) opera sc. bona justificare, ac esse necessaria, & vitæ aeternæ meritoria.

33. 2. Idem vobiscum docent nonnulli Calviniani, quos fingis docere, necessaria esse opera non ad æternam, sed tamen ad hanc vitam. Quæso noli perfunctoriè, sed probè mea legere allegata, & tam turpiter te non dabis. Annon ita sonant verba Calvinii à me recitata ex l. 3. Instit. cap. 14. §. 11. Quos suâ Domi-

nus

nus misericordiâ aternæ (aures Coppensteini arrige) vitæ hereditati destinavit, eos ordinariâ suâ dispensatione per B. Opera inducit in ejus possessionem: Hac ratione interdum vitam Æternam deducit &c. Annon ita Beza pag. 95. Resp. Studium justitiæ & sanctitatis, ait Apostolus esse Vitam (aperi oculos Coppensteini.) Æternam, hoc est, afferre secum Vitam Æternam? Idem reliqui à me allegati Calviniani statuunt. Quâ fronte igitur scribis: Calvinistas Nullo modo B. opera meritoria salutis statuere?

34. 3. Majoristarum & Flacianorum error est expressè damnatus, & ex Ecclesia nostra eliminatus in *Libr. Concord. art. 1. & 4.* Unde non est quod nobis eum objicias.

35. 4. Particulam Solam non vanè in Articulo justificationis, sed verè ex Apostolo *Rom. 3. & 4. Gal. 2. & 3.* assero & propugno, & olim jam propugnavi ex *Scriptura ex Patribus*, secundum quævis secula, ex *Vetustissimis Codd.* ex multis Pontificiis contra tuos vicinos *Lojolas Spirenses* (præsertim contra *Apostatam Johan. Lavartum* Spiraë anno 614. pag. 47-59. in *Papa Pharisæizante, & Apologia pro B. Luthero* edita) qui cum expirârit & ad plures abierit, ejusque Socii neque ipso vivo, neque mortuo quicquam responderint, quælo Te *Coppensteini*, præsta novæ vicinitatis specimen, & manibus *Lavartianis*, si potis es, succurre, forsan eos ex Purgatorio (modò non sint in inferno) liberabis.

36. Sequitur caput Harmon. nostræ IIX. de Pœnitentia, ubi ita

COPPENSTEIN. pag. 50.

C A P. VIII. De Pœnitentia.

HIMM. HARMON. I. Utrique novam obedientiam, seu Studium bonorum operum referunt inter partes Pœnitentiæ. At sunt alienæ.

SPONG. *Fingis, vel tuis testibus ipsis reclamantibus. Partes Essentiales dicimus, Absolutionem Sacerdotis, ut formam: & Actus pœnitentis ut materiam: Materiales v. tres, Contritionem, Confes-*

fectionem & Satisfactionem, Calvinistæ Fingunt Mortificationem & Vivificationem Lutherani Mortificationem, Fidem, opera bona. Vide Luthero-Calv. p. 3. qq. 83. 84. Antichr. par. 3. qq. 30. 31. Ecce Discordiam.

A P O L O G I A.

37. Resp. 1. Miserum Coppensteinii Fingis ad plerâque mea argumenta solutiones fingit, nusquam verò pedem figit. *Quæstio est: An Pontificii cum Calvinianis novam Obedientiam Pœnitentiae partem constituent?* Id apertissimis utriusque partis (ab una parte Conc. Trident. Bellarm. Costeri: ab altera verò Calvinii, Bucani & Polani) verbis probatum do, & tamen id fingere dico à Coppensteinio, qui forsân *Fictionis Definitionem* habebit singularem, quâ fingere idem erit, ac Adversarium veritatis convincere.

38. 2. Neque hîc multis disputandum de Partibus sive Essentialibus, sive Materialibus Pœnitentiæ, sufficit, quod Coppenstein. concedit Pontificios Studium bonorum operum seu N. Obedientiam, partem Pœnitentiæ constituere. Quàm autem hoc sit erroneum, ostensum *disp. 18. Syntagm. th. 40-48.*

COPPENSTEIN. pag. 50.

HIMM. HARM. II. Utrique negant, Fidem esse partem Pœnitentiæ alteram, præter contritionem.

SPONG. *Et rectè.* Gerhardi & Balduini tui refutationes sunt futes. Dixi: *Liquent seipsis. Non sunt pretii perdere brevitatem.*

A P O L O G I A.

39. Et malè, Coppensteinii. refutationes Gerhardi & Balduini, quas dicis futes, fortassis nunquam legisti: Quod si verò legisti, non intellexisti, ut meritò in te quadret illud, quod Juliano Apostata à Basilio (teste Sozom. l. 5. c. 17.) fuit responsum: ἀνεγνώσ, ἀλλ' ὅσα ἔγνων, εἰ γὰρ ἔγνων, ὅσα αὖ κατέγνων, id est, legisti, sed non cognovisti, si enim cognovisses, non improbâsses.

40. Et

40. Et valde jejuna est tua refutatio hæc: *Dixi: Liqueant seipsis. Non sunt pretii perdere brevitatem.*

41. Quid quæso *Dixisti?* num es *αὐτὸς ἕφα*, cujus *nudum dicere* sit sufficienter respondere? Singulare certè compendium quævis refutandi argumenta, etiam per se insolubilia, si dicam. *Hæc ratio est futilis: Dixi: Liqueant seipsis. Non est pretii perdere brevitatem.* Certè hæc ratione posset P. R. omnes Lutheranos uno habitu refutare & damnare.

42. Sed quæ responderes solidi quid hîc, *Coppensteini*, cùm hæctenus ad nullum fermè Argumentum, & Concludendū medium, quicquam aliud reposueris, quàm miserum tuum *Fingis*. Tu hîc mavis *veritatem*, quàm *brevitatem* perdere, unde de Te verum erit tritum illud: *Obscurus (imò nullus) fio, dum brevis esse laboro.*

C O P P E N S T E I N. pag. 50.

H I M M. H A R M. III. Utrique docent Fidem & Spiritum S. non amitti mortalibus peccatis. Testes multi utrobique: quod Anabaptisticum est.

S P O N G. I. Quoad Spiritum S. fingis. *Amitti dicimus. Dicitis & Lutherani: sed amitti recipere, id est, ut sub finem vita redeat amissa justitia. Calviniani tum amissionem, tum reditum negant: Reditumq; talem negamus & nos esse certum; possibilem damus. En Discordiam!*

A P O L O G I A.

43. *Resp. Concordia Papæ-Calvinistica, Coppensteini, est vel explicita, vel implicita. Licet enim non ubivis cum Calvinianis explicitè, tamen implicitè vobis cum iisdem convenit, uti hoc in loco, quod ita probo.*

44. *Si Fides per peccata mortalia & scelera lethalia contra conscientiam admissa, per infidelitatem homicidium, fornicationem, adulterium, peccatum brutum &c. non amittitur nec expellitur.*

Ergò neq; Spiritus S. iisdem expelletur.

γ 3

Verum

Verum Antecedens ex sententia Concil. Trident. Hieron. Torrens. Costeri, Bellarm. & Canisii: quorum verba sunt, adducta p. 64. & 65, Harm.

Ergo & Consequens.

45. Ratio *Connexionis* liquet ab *Effectu ad Causam*. Ubi-
cunque enim adest *Fides* vera in cordibus credentium, non
abest, sed adest *Spiritus S.* accendens in cordibus nostris lumen
Fidei, & clamans in nobis *Abba Pater Rom. 8, 16. Eph. 3, 17.* Jam
verò ex sententia *Pontificiorum* vera *fides* adest etiam in *sceleratis*:
videl. *fornicariis, adulteris* (contra expressum textum,
I. Cor. 3: 16, 17. c. 6, 9, 18, 19.) *homicidis & c.* Ergò ex eorundem
sententia *Spiritus S.* quoque aderit in cordibus *sceleratorum*.
Quod tamen expressè negatur, *Sap. 1, 4. En Concordiam Pa-*
pæ-Calvinisticam Coppensteini?

COPPENSTEIN. pag. 51.

2. *Fidem amitti posse per solam Apostasiam docemus: at non per peccata alia. Calvinistæ negant semel habitam ullo modo amitti posse. En Discordiam. Vide Luthero-Calv. part. 4. q. 68. Antichrist. p. 4. q. 37. Geneal. pag. 4. c. 15.*

APOLOGIA.

46. Resp. 1. Et hoc est *Calvinianum* contra *Scripturam S.* dogma. *Fidem* nim. per *solam Apostasiam* (stricte sic ac proprie dictam) & non per alia peccata mortalia, & scelera gravissima amitti. Cujus contrarium passim in *Scriptura S.* est clarum. Unicum saltem adduco.

47. *Quicunque peccant contra Conscientiam, illi fidem amittunt.*

Scelerati, infideles, homicidæ, fornicarii, adulteri molles & c. peccant contra conscientiam. Ergò.

48. Major est *Apostoli I. Tim. 1, 18, 19. Milita bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam, quâ amissâ nonnulli circa fidem naufragium fecerunt. Minor est Pontificiorum cum-*

cum-

cum primis Costeri, qui ita cap. 4. *Enchirid. Christianus*, inquit, qui contra conscientiae dictamen, in leges fidei peccat &c. Ergo stat *Conclusio*. Itidem nim. per peccata contra conscientiam admissa, amittit; quod & Calvinistæ & Papistæ concorditer negant. *En Concordiam!*

49. Tandem, quod *Coppenstein*. hoc in Articulo Fidei gravissimo & præcipuo improbare, non invenit, nisi hoc unicum in Speculo, ubi hoc ἐγκλημα Lutheri exprobrat.

COPPENSTEIN. pag. 66.

14. Constante asserimus, in omni opere bono peccare justum: omnes actiones bonas peccata esse lethalia. Luth. art. damn. 31. & proposit. Heidel. 3. & 7. &c.

APOLOGIA.

50. Resp. 1. Vetus est hæc cantilena Bellarm. l. 4. de justif. c. 1. ad quam toties à nostris responsum; videlicet Lutherum considerare opera etiam renatorum hic non Εὐαγγελικῶς, sed Νομικῶς. Nam secundum rigorem Legis quodvis opus, nisi exactissimè Legi respondeat, & perfectissimè satisfaciat in conspectu Dei non est opus bonum, sed malum ac peccatum, Deut. 27, ult. Sed hac de *Quæstione* ex professo à nobis actum, disp. 25. Syntagm. th. 45-53. disp. 2. *Anti-Maier*. th. 56. & seqq. quod *Coppensteinium* remitto.

51. An ignotum Tibi *Coppensteini* illud Esa. 64, 6. Omnes justitiæ nostræ sicut pannus menstruatus. It. illud August. l. 9. Confess. c. 13. Væ etiam laudabili vitæ hominum, si remotâ misericordiâ discutias eam. it. istud Gregor. super c. 9. Jobi: Videbat S. Job: Omnia nostra bona opera, esse mera peccata (ecce verba, quæ in Lutheri improbas, *Coppensteini*) si judicantur à Deo, idè dicit (e. 9, 3.) si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere unum pro mille.

52. Nosti ne etiam *Coppensteini* hocce tui Bellarmini *Es-*
fatura

fatum l. 5. de justif. cap. 7. *Vera humilitas merita propria ignorat. It. cap. 7. proposit. 3. Propter incertitudinem propriae justitiae & periculum inanis gloriae, tutissimum est fiduciam in sola Dei misericordia & benignitate reponere.*

53. Hinc quilibet Pharisaico & Monachali spiritu non inflatus ac elatus, sed affectu Davidico à Spiritu S. donatus, quotidie orat ex Psal. 51.

*Mei miserte, mi Deus,
Benignitate patriâ,
Absterge commissum scelus;
Dolenda nosco crimina.*

*TE, TE quod offendit reus
Amaricat cor inques,
Non ante TE stabit Malus,
Si judicare, justus es.*



ΣΥΝ ΘΕΩ

DISPUTATIO IX.

ANTI-COPPENSTEINIANA
DE BAPTISMO.

RESPONDENTE

M. HIERONYMO Schulcheth / Norimbergense.

THESIS I.



Rdine examinandum venit *Cap. 9. Spongiae Coppensteinianae*, quod est de *Baptismo*, quem conglobatis conjuratisque Castris Pontificii & Calviniani infestant, oppugnantque, uti in ipsa ostendi *Harm.* Videamus quid contra eandem conetur excipere

COPPENSTEIN. pag. 51.

CAP. IX. De Baptismo.

HIMM. *Harm. I.* utrique negant infantes baptizatos habere *Fidem*. De Pontificiis apparet ex *Bellarmin. l. 1. de Bapt. c. 1. & c.* De Calvinistis patet, & c.

SPONG. *Fingis in Re & Teste.* Vide *ibid. in Bellarmin. & cap. 10. cum justificentur ex fide infusa, ad uq. baptismi suscepti.* Vide *supra Cap. 7. Harm. 2.*

APOLOGIA.

2. Me Rem, me Testem nunc fingere, fingis iniquè,

O Coppensteini, quæ te dementia cepit?

Res seu Quæstio est: *An Pontificii infantibus baptizatis denegent ac derogent Fidem actualem?* Affirmo, sed non sine Teste, quorum Princeps est *Bellarmin.* qui Testis ita loquitur *l. 4. de Baptif. c. 11. Infantes non habent Actualem fidem. Ibid. c. 10. (ad quod provocat hic Coppenstein) §. ult. Tertia sententia Catholicorum est: Infantes non habere Fidem actualem, nec tamen omni Fide carere: sed habere fidem Habitualement, & præterea credere fide aliena, & ipsa Baptismi susceptione.*

Z

3. Quid

3. Quid hîc, *Coppensteini* fingo, vel in *Re* vel in *Teste*? sed ea de re *disp. preced. th. 20-25.* tecum egi, tuumque *FINGIS* ad te relegavi; ubi simul *Fides Actualis* de infantibus est comprobata, *th. 25-29.*

4. Quare cûm *queritur*; quali fide Infantes præditi sint? *Resp.* verâ actuali, vivifica & salvifica fide. Quod constat 1. ex *illis* epithetis, effectis & argumentis, quæ *superiore disp.* allegata sunt. Quæ enim Argumenta concludunt, infantes credere, indidem etiam liquet, credere eos verè actualiter, salvificè, Tum 2. *inde*, quod salvificam fidem, quæ jam nunc infantibus adserta, & argumentis, quæ vel obstinatos urant animos, probata est, *Propheta Esaias* cognitione Christi circumscribit *cap. 53, II.* In quam sententiam & *Christus Joh. 17, 4.* inquit: *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum.* Quotquot ergò vitam æternam accipiunt, Christum verâ fide noscant oportet. Nam Deus pari modo salvat Infantes ac adultos, *Matth. 18, 6.* Atqui Infantes vitam æternam accipiunt. Ergò iidem verâ fide Christum cognoscunt. 3. Item ex *Pauli* loco, qui *1. Cor. 16, 21.* legitur, colligere licet: *Quicumq; non diligit Christum, sit anathema maran-atha.* Sed multi infantium non maledicuntur, utiq; igitur per fidem diligunt Christum. Quandoquidem fides unicum illud medium, quo dona accipimus & ad Patrem penetramus. Et quid multis? 4. Una tantùm est fides salvifica, quæ notitia assensu & fiducia definitur, & meritum Christi amplectitur. *Rom. 4, 21. c. 5, 1. 2. Cor. 1, 20. Hebr. 6, 11. c. 10, 22. c. 11, 13. 1. Joh. 3, 21-24. &c.* Oportet igitur infantes ejusmodi actualem notitiam assensum & fiduciam promissionis divinæ, de gratuita remissione peccatorum, per operationem occultam, licet ipsis nobisque incognitam, in tenellis suis animis tanquam faculam lucentem in loco tenebricoso concipere; alioqui salvari nequirent, *Marc. 16, 16. Joh. 3, 18. Hebr. 11, 6.*

5. Ex quibus omnibus constanter inferitur, Infantium fidem ab adultorum fide *specie & forma* non differre. Quod ut rectius intelligas ita habe. Fides justificans consideratur, vel per

scilicet per operationem

se & ex natura sui, vel ratione accidentium. Priori modo, quæ in adultis, ea quoque fides est in parvulis: Credunt enim, hoc est, fiduciam suam in Christum Salvatorem suum collocant, quod est fidei justificantis *formale*. Interim posteriori modo accidentium respectu, discrimen aliquod agnoscimus, quoad *actus* tum *antecedentes*, tum *consequentes*. *Adultiores* enim 1. *explicitam* sive *specialem ac distinctam magisque evolutam articulorum religionis cognitionem* habent, quam 2. *concipiunt ex verbi prædicati auditu, lectione, meditatione, luminatione, apprehensione.* 3. *sciunt se credere.* 4. *operibus in oculos incurrentibus, & officiis charitatis, publicè, quales sint, testantur.* 5. *cum dubitatione, diffidentia & trepidatione luctantur.* Eleganter Luther. in c. 12. Ose. tom. ult. lat. Jenens. mihi fol. 540. *Quid hoc mirum est, Spiritum S. in eis (Infantibus) esse efficacem, eo modo, quem nos non intelligimus? Cum habeant vitam, carnem & ossa, non tamen aluntur in utero eo modo, quo nos, qui in hac luce vivimus, alimur. Verè igitur odiosum & impium Anabaptistarum dogma est, qui idè pueris Baptismum negant, quod sensu & mente careant, nec intelligant, quæ cum eis aguntur. Nobis non intelligunt, nobis mente ac sensu judicantur carere, sed Deo non sic. Deus n. sicut alio modo eos alit, quàm nos, ita quoq; alio modo movet eorum corda. Hæc Luther.* Sunt, qui referunt huc *Canonem*: *Sæpè Scripturæ creaturis irrationalibus attribuit quædam, quæ nobis incognita, Deo verò cognita sunt. Sic creature dicuntur ingemiscere, Rom. 8, 22. Hoseas dicit cælum & terram, triticum & c. clamare ad Dominum & exaudiri, c. 2, v. 21, 22. Apocal. 5, 9. Seniores quidem loquuntur, sed v. 13. omnis creatura quoque nominatur: jam verò ejusmodi gemitus & clamor creaturarum à nobis non percipitur, Deus tamen cognoscit & percipit: idem de fide Infantium, ajunt, esse dicendum.*

6. Sed Coppenstein. provocat ad Bellarm. qui fidem *Habitualementem* (quam Coppensteinius *infusam* vocat, an sensu Swenckfeldiano ac Anabaptistico, ipse novit) concedit, sed *Actualementem* negat.

7. Hic notandum: sententiam hanc natam esse in Concilio.

cil. Viennens. anno 1311. & approbatam à Concil. Trid. Sess. 7. c. 13. defensam à Dominico à Soto l. 2. de nat. & gra. c. 10. Salmer. tom. 3. tract. 10. pag. 11. Costero par. 3. Conc. p. 318. tandem etiam à Greg. de Valent. tom. 4. quest. 3. p. 818. & Bellarm. de Baptis. c. 10. & 11. ejusque hyperaspiste Gretzero tom. 1. defens. Bellarm. p. 1571. ubi ita: Illud, inquit, Lutheranorum (de Fide infantum Actuali) delirium tam anile est, ut vix quidquam videatur anilius, vel per somnium excogitari posse. Tanner. in Colloq. Ratisb. p. 254. (edit. alt. p. 268.) vocat dogma de Actuali fide Infantum πνεῦμα ζῶν. Idem facit è Calvinianis (en Coppensteini Concordiam Papæ-Calvinisticam) Francisc. Junius tom. 1. oper. p. 287-288.

8. Cæterùm contra Bellarm. nugas, & Calvinianorum calumnias, notandum, non respectu externarum operationum, sed internarum & fidei propriarum, fidem infantum actualem dici. Nam absque externis aliarum virtutum operibus propria & interna fidei opera esse posse, certum est.

9. Certum quòque est *Lojolitas* dum de fide infantum arguantur, ipsos fidem amittere, & quid dicant non intelligere, nisi quod imperitioribus feros vendunt. Volunt quidem rem acutiùs & rectiùs tetigisse videri, quàm *Sacramentarii*, sed eandem ferram reciprocant, eundemque errorem errant.

10. Euge enim *Lojolita*! Fides vobis alia est *informis* (quam *Pistorius* nominat einen vnkräftigen vnverdiensseligen Glauben) alia *formata*; edissere ergò, quamnam fidem infantibus adscribatis! *Non formatam*, fat scio, hæc enim vobis sine dilectione & operibus externis non est, qualia in tenellam ætatem haud dum cadunt. *Informi* ergò fide beatis liberos nostros: quæ cum per se sit *mortua*, quid nisi cadaver fidei relinquitis pueris? Hoc nihil est aliud, quàm sic aliquem verbis pessundare velle, ut etiam navim perfores, in qua ipse navigas: quod apud *Fabium Tullius* miratur & queritur.

11. Et tamen non desinit Bellarm. de fide *habituali*, de fidei habitu, quem pueris concedit, clamitare: cui hoc ruminandum propono.

12. Ha.

12. *Habitus* omnis duplex est: *absolutus* aut *transitivus*. Jam dicat *Bellarmin.* aut ejus *Hyperaspistes Gretzerus*, cujusmodi habitum fidei tribuant infantibus.

13. Si *absolutum*, qui est qualitas in sese terminata, repugnant naturæ fidei, & *mortua* ac *historica* fides est, quam etiam habent *Diaboli*, *Jac.* 2, 19. Nam vera justificans fides non est absoluta qualitas, sed *fiducia* accedens ad Deum, & Christi meritum Deo exhibens, ut *λύτρωσιν* pro suis peccatis. i. *Johan.* 3, 21. *Rom.* 5, 1. &c.

14. Sin verò habitum *relativum*, *activum*, *apprehendentem* & *applicantem* sibi Christi *λύτρωσιν*, infantibus transcribitis, cur vestram sententiam nostræ opponitis? Quanquam *Lolitas* revera intelligere *absolutam* fidei qualitatem ex adjunctis, apud *Bellarmin.* manifestum est, siquidem, ait; in *Baptismo* infantibus tribui habitum fidei, *spei* & *charitatis*, sicut *Scholastici* quoque gratiam *habitualement* virtutum parvulis *infundi* tradiderunt.

15. Quemadmodum autem in vocabulo *habitus* *Sophisticen* suam *Bellarmin.* occultare conatus est: sic eandem sub altera appellatione, *fidei actualis*, fraudulenter tegit. Nam si per *actum* intelligit *ἐνεργειαν δόξης* & foràs progredientem efficaciam fidei, quoad proximum per opera charitatis, *Gal.* 5, 22. non litigabimus: tali enim operatione fidei infantes carere concedimus: at verò non est dubium, de hoc actu *Pontificios* non loqui, cum *fides* secundum illos per *charitatem* informetur.

16. Rursus, si actus illi est *reflexio* illa, & *reciprocatio*, quâ credens scit se credere, libenter etiam largimur hanc deesse infantibus. Sin autem accipit de *ἐνεργείᾳ* quâ fides per Spiritum S. in cordibus infantum accensa agit, paciscitur & stipulatur cum Deo i. *Petr.* 3, 21. & hanc *ἐνεργειαν* fidei infantium denegat, tribuendo illis fidem eripit: quia inane nomen fidei tribuit: cum *fides* salvifica sine Dei agnitione, & fiduciali meriti Christi apprehensione esse nullo modo possit. Denique si actus illi est actus sine actu, nudus nempe & otiosus habitus, jam

ante diximus, hoc commentum naturam fidei justificantis penitus evertere.

17. Dubium autem nullum, *Lojolitam* ejusmodi habitum fidei infantibus assignare, siquidem è *Concil. Viennensi* opinio isthæc defluxit, in quo fides infantium appellatur *habitus informis*.

18. Subductâ nunc distinctionis hujus machinâ, quid nisi ruant recta mentitis inædificata columnis? Nam ponamus infantibus fidem infundi habitualem, quid, quæso, infantibus prodest? Certè non justificat.

19. *Quæcûq; enim Fides non apprehendit promissionem in Sacramentis oblatam, illa non justificat.*

At Fides habitualis Papistica est talis, utpote que non respicit Dei misericordiam specialem per Christum in verbo & Sacramentis oblatam, neq; notitia est, sed ignorantia, h. e. non fides, sed fidei spectrum. Ergò.

20. *Præterea: Fides justificans est efficax per bona opera:*

At hæc fides quam vocant habitualem non est efficax: asserit enim Bellarm. l. 2. de justif. cap. 14. parvulos baptizatos verò justos esse, quamvis nihil operis fecerint. Ergò &c.

21. Quid ergò Infantibus prodest? Ajunt Pontificii è *Bellarm. l. 2. de justif. c. 16. illum infusum justitiæ habitum tollere, & funditùs delere peccatum Origin. At quæ hæc, malum! insaniam est?*

22. Nam *peccatum Orig.* quoad prævitatem, in piis manet, cujus facta quotidie mortificare debent, *Rom. 8, 13. donec in plenam libertatem vitæ æternæ restituantur vers. 21. ut alibi prolixius confirmatur ex Hebr. 12, 1. 1. Johan. 1, 8. & imprimis ex Roman. 7.*

23. Pertinent huc Theologici Canones: *Deus vitia sanat à reatu statim, ab infirmitate paulatim. Et: Renati in hac vita à supplicio liberantur ὀλιμῶς, à vitio μερικῶς.*

24. Si verò ita se res habet, ut prætendunt *Lojolite*, age edisserant, qui fiat, quod *Pontificiorum* infantes, quando adoleverunt, fomitem illius peccati per malitiam exerant, quod

ma

magis sectentur malum, quàm bonum. Cùm potius ob Habitum illum infusum, si talis in iis esset, ad bonum eos oporteret esse proclives.

25. Nota etiam emphasin *Φερόσεως*. Qui credit in filium (non qui fidem habet) habebit vitam aeternam, Joh. 3, 16. illud autem τὸ credere nihil est aliud, quàm Christum apprehendere, explicante ipso Johanne cap. 1, 12. ubi si τὸ credere de nudo fidei habitu exposueris, sequetur duas esse credentium classes, in quibus aliqui per fidem habituales, aliqui per actualem salventur: quod contra Scripturam est, non nisi unum credentium genus agnoscentem, eorum nimirum, qui Christum fidei pectore apprehendunt.

26. Hæc aliquantò fusiùs in tui gratiam, Coppensteini, qui unus & solus pendes à Bellarmino, veluti pullos ab Asina. Singula quidem Bellarmini allegata jam examinari possent, si ratio instituti & scopus noster ferret, qui est ostendere Concordiam errorum Papæ-Calvinisticorum. Refutatio eorundem spectat ad integrum systema Theologicum, quod cum DEO & die dabimus, inque eodem neque Bellarmin. neque Tui obliviscemur.

COPPENSTEIN. pag. 52.

HIMM. I. S. Scriptura tribuit fidem infantibus.

SPONG. De jam actu credentibus seu hamilitate, sive etiam etate parvulis, non de modo natis infantibus, nec de Baptismo est ibi sermo.

APOLOGIA.

27. Hic propria vineta cædis, Coppensteini, & dum nassam Calvinianorum evitare conaris, in eandem incidis. Nam eadem hic est Calvinianorum exceptio, quæ vestra, & sic Concordia Papæ-Calvinistica stabilitur. Quod ne fingere Tibi videar, paucis hoc edocebo.

28. Etenim ad Loca Matth. 18, 6. Marc. 9, 42. excipit Beza Resp. 2. ad Colloq. Mompel. pag. 97. 98. ratione duplici: unâ quod parvulorum appellatione Christus non infantilem etatem, sed vitæ & morum simplicitatem & sinceritatem significare velit; altera

altera

altera quod Evangelistæ non loquantur de infantibus, sed de pueris, qui ratione utantur, & scandalo perverti possint; de pueris, ut è Beza Vorstius loquitur, in *Anti-Bellarmin.* pag. 375. *grandiusculis.* Quam ipsam sententiam & quæ argumenta etiam Ravenspergerus habet in *Florilegio* pag. 170. itemque Bellarmin. lib. 1, de *Baptis. cap. 11.* & plures alii. Hinc illud argumentum fastuosi Tanneri in *Colloq. Ratisbon. sess. 12. pag. 255. edit. Lübec.* hisce verbis propositum: *Christus de illis parvulis loquitur, qui scandalizari & malo exemplo offendi possunt. At parvuli infantes scandalizari & offendi non possunt. Ergò non loquitur de infantibus. Sed de aliis parvulis.*

29. Resp. 1. utrinq; se hæ argutiolæ conficiunt. Nam illa morum simplicitas & integritas, quam Christus requirit in adultis, non est in pueris *grandiusculis*, qui ad annos discretionis pervenerunt; verùm in infantibus, quorum ætas à malicia est remotior.

30. 2. Quod ipsum contra semetipsos confirmant Calvinus, Beza, Ursinus, & alii, ipse quoque Bellarm. cùm hos locos pro infantum Baptismo contra *Anabaptistas* allegant. Insuper Gellius Snecanus in *Locis edit. anno 1607. p. 312.* infantes hic intelligi, ait, *manifestum esse ex proprietate Græcæ Linguae, & urget quod in ulnis ad Christum allati fuerint.*

31. 3. Apud Lucam cap. 18. v. 15. vocantur infantes τὰ βρέφη: quod nomen propriè & in Scriptura semper, significat infantes sive in utero matris adhuc latitantes, sive in lucem aut recenter, nempe ante paucos dies vel septimanas, aut non ita noviter, sed ante annum unum, duos, tresve, in lucem editos.

32. 4. Qui appellantur apud Lucam βρέφη, eodem in loco vers. 16. & Matth. 19, 14. vocantur τὰ ἄρδια, & Luc. 2, 21. circumcisis Christus vocatur τὰ ἄρδια: eademque voce puer ille, Matth. 18, 2. Ergò in hac Quæstione perinde se habet τὰ ἄρδια καὶ βρέφη, & utrumque nomine τὸ μικρὸν intelligitur.

33. 5. Sed quid multa? si quis circumstantias & collationem Evangelistarum attento respiciat oculo, Matth. 18, 2. & seqq.

seqq. Marc. 10: 13, 14, 15. Luc. 18: 15, 16, 17. huic tam manifestè apparebit, non de natu grandioribus, sed infantibus ibi sermonem esse, ut qui hoc probari desideret, ad splendidissimum Solis lumen stupam accendi cupiat.

34. 6. De his prædicatur, quod regnum cælorum habeant, quod credant. Habent ergò fidem.

35. Quod inde etiam confirmatur, quod Christus nos pueris istis jubet fieri similes, Matth. 18, 3. quod ingrediantur regnum cælorum, Marc. 10: 14, 15. Luc. 18, 17. ubi si fidem excludas, dicti hujus solidam rationem proferre non poteris, cum sola fides, justitiæ & vitæ æternæ in Christo apprehendendæ sit instrumentum.

36. Quod autem tu Coppensteini aliam quæris elabendi rimam excipiendo: hic (Matth. 18. Marc. 9.) non agi de Baptismo; in eo augas vendis. Nam Principalis nostra Quæstio est de Fide Infantum, an credant? hoc probamus ex dictis locis, ubi infantes ad Christum adducti credere expressè dicuntur: atque exinde vos convincimini, quod iniquè denegetis fidem Infantibus. Alia porrò Quæstio est, unde credant? tum Respondemus; per Sacramentum initiationis.

COPPENSTEIN. pag. 52.

HIMM, 2. Scriptura tribuit eis effecta fidei,

SPONG. Infusa, ut dixi &c.

APOLOGIA.

37. Infusa Tua Fides est nulla & merum γλαύκωμα, uti dixi & scripsi. 1b. 6-26.

COPPENSTEIN. pag. 52.

HIMM. HARM. II, Utrique pervertunt clara dicta de infantum fide: ut illud Matth. 18. qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt &c. Bellarm. cap. 8. utitur eo contra Anabaptistas; inde Pædobaptismum refutantes, quod sermo sit de adultioribus, qui potuerunt venire, credere, esseque parvuli humilitate, nam talium est regnum: id est, similiam non istorum. Respondetque: Lucam habere βρέφη infantes, αργότε-

Aa

Φεργυ

*Q*uesqv portabant. Idem cap. ii. §. antepen. ad hæc respondet: pusillos fuisse natu grandiores, qui potuerunt venire, scandalizari. Sic & *Beza*. Ecce contraria.

*S*PONG. *Bellarmin. cap. 8.* dat interpretationem loci duplicem. 1. *Anabaptistarum.* 2. suam meliorem. Secundâ de infantibus refutat, de baptizandis solis adultis, *Anabaptistas*. c. 8. Primâ de adultis refutat *Lutheranos*, fidem infantium fingentes. Licet autem sententias diversas eadem de re probabiles sequi, nunc hanc nunc illam pro occasione, sine contradictione. Ita *Bellarmin.* egit. Et hoc de uno, dicto: ubi Dicta?

A P O L O G I A.

38. Resp. *Bellarmin. cap. 8.* de loco *Matth. 18.* nihil, sed c. ii. §. ult. 2. *Anabaptisticâ* meliorem interpretationem non dat, sed potius *Anabaptisticam* sententiam confirmat. 2. *Sophisma*, quod ex scandalis quibus obnoxii dicuntur infantes *Matth. 18.* *Bellarmin.* de sumit, diluimus in ipsa *Harm p. 67.* ubi *Bellarmin. ex Bellarm.* refutavimus. Quæ omnia tu sicco transilis pede & nullo tangis digito, forsitan quia solida nimis vides. At quæ hæc Refutandi nova & puerilis planè ratio?

39. Quod verò Quæris: ubi dicta? & me Contradictionis arguere conaris, quippe qui inscriptionem *Harm. 2. pag. 66.* fecerim: De *Dictorum* Scripturæ perversione; in eo nondum me constrictum tenes, sed potius tuam incogitantiam (ne dicam *inscitiam*) prodis, qui nosse, vel ad minimum in mentem tibi revocare, debuisses illud *Logicorum* protritum: De similibus est idem Judicium. Jam tu conjunge huic *Dicto* dictum *Parallelum*, quod *Harm. i.* hæc eadem pag. allegavi ex *Marc. 9, 42.* & habebis dicta, non unum dictum. Jam verò qui corrumpit dictum *Matth. 18.* corrumpit etiam dictum *Marc. 9.* & per consequens non unum, sed plura corrumpit dicta. Sed hæc sunt leviora.

40. Cæterùm cum intelligam te nimum tribuere & fidere interpretationi & exceptioni *Bellarminianæ*, qua contra Fidem infantium actualem ad dictum *Christi Matth. 18, 6.* ita l. i. de *Baptis. cap. ii.* excipit: Pusilli de quibus loquitur *Evangelium Matth.*

Matth. 18, 6. non infantes, sed pueri grandiores erant. Nam vocavit eos ad se, & scandalizari eos posse dixit. At venire suis pedibus & scandala capacem esse, infantibus non convenit; ideo aliquantò pressius Respondebo. Et quidem.

41. 1. *Scandalizari etiam possunt & ubertim possunt bimuli, trimulve, si videant adultorum perversos mores, si audiant profanos eorum sermones, è quibus deteriores redduntur. Sin utseris, ad infantes tamen recenter, ante paucos dies vel septimanam in lucem editos, applicari hæc non posse; audi*

42. 2. *Distinguendum esse inter scandalum morale & reale: ut maximè enim infantes tales scandalizari non possint scandalo morali malo exemplo, possunt tamen scandalizari scandalo reali, malo facto, quatenus iis aditus ad Christum intercluditur, quatenus contemnuntur, injuriis afficiuntur. Hinc Chrysostomo, Euthymio, Thomæ, Maldonato scandalizare hîc idem est, quod contemnere & malefacere.*

43. 3. *Distinguendum inter scandalum consideratum ἀπὸ τῶν ratione hominum, & consideratum ἀπὸ τῶν ratione Dei; inter scandalum actu & potentia. In Dei enim iudicio istam etiam actionem scandalum dici, quæ alios offendere potest, licet in nervum non erumpat, nec re ipsa offendant, quia Deus cor & intentionem agentis magis, quàm actionis eventum respicit, uti patet ex Matth. 16, 13. ubi Christus ad Petrum; vade post me Satana, scandalum es mihi. Dic sodes, an actu? ἀπο τοῦ. Neque enim Christus scandalizabatur actu. Ergò potentia: quia scil. Petrus talia, quæ apud alios scandalum excitare poterant, proferebat.*

44. 4. *Licet maximè Matth. 18, 6. per parvulos intelligantur non infantes modò nati, sed pueruli fortè bimuli, trimuli aut quadrimuli; tamen hi hæcenus infantibus pares sunt, & ad percipienda religionis capita æquè inepti. Si enim tales pueruli, sufficiente rationis usu destituti, possunt credere, cedò, quid obstat, quò minus cadere queat fides in infantes recenter natos & baptizatos?*

45. Tandem demus puerum illum, quem Christus ibi in medium statuit, fuisse grandiusculam, nec triennem, aut quadrien-

drien-

driennem duntaxat, manet tamen & manebit in omnem æternitatem, in verbis à nobis productis, Christum de fide & salute infantum loqui *indefinitè*, & de omnibus infantibus & pueris per *initiationis* Sacramentum Christo insicis, in genere,

COPPENSTEIN. pag. 53.

HIMM. Pontificii cum Calvinistis statuunt: Infantes non prædestinatos non regenerari, non salvari è vita decedentes.

SPONG. De nobis id fingis, & affingis: de Calvinistis verum ais.

APOLOGIA.

46. Mirum es caput, Coppensteini, & tibi omne cerebrum in lingua esse videtur, & in misero tuo FINGIS. Dicis me fingere, & tamen nil respondes ad hæc Sole clariora Bellarm. l. t. de Bapt. c. 4. à me pag. 67. Harmon. allegata verba, quibus docet: Pueros non prædestinatos etiam cum Baptismo damnari. Annon hoc clarè satis confirmat hæresin Calvinianam, quâ statuunt (præsertim Beza pag. 469. Colloq. Momp.) Infantes non prædestinatos ad vitam nequaquam per Baptismum regenerari ac salvari. Ergò Coppensteini, priùs responde ad Bellarm. verba, antequam audaculus clames: FINGIS & affingis. Certè à viro docto jejuna & inepta hæc respondendi ratio meritò abesse deberet.

47. Unicum verò exprobrat Luthero in Speculo.

COPPENSTEIN. pag. 68.

15. Afferimus prorsus non esse baptizandos infantes, si verum est eos in Baptismo non credere. Sacramenta non iustificunt nec profunt: sed sola fides. Non impleuntur dum fiunt, sed dum creduntur. Luther. l. de capt. Babyl. cap. de bapt.

APOLOGIA.

48. Resp. Fallis, Coppensteini, à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter. Quod enim Lutherus modificate & hypotheticè (si videl. verum est infantes in Baptismo non credere) adponit, Tu Coppensteini absolute & simpliciter ac Categoricè intelligis: Unde Sophisma Coppensteinii, ex ipso ver-

borum Lutheri sono liquidò clarescit,

atque in fumum à nunquam

abit,

DISP. X.

Σὺν Θεῷ

DISPUTATIO X.
ET ULTIMAANTI-COPPENSTEINIANA
De
COENA DOMINI.

RESPONDENTE

M. WOLFGANGO GRUNERO,
JENENSI.

THESIS I.



Roximè vindicavimus Concordiam Papæ-Calvinisticam ab Exceptionibus Coppensteinianis, in Articulo de Sacramento Baptismi: Vindicanda restat in Articulo de Cœna Domini: de qua ita

COPPENSTEIN. pag. 53.

CAP. X. De Cœna Domini.

HIMM. Harm. I. Utrique conveniunt iisdem mediis utendo, ad probandum ex Philosophia & profanis Scriptoribus. Pontificii ad probandam *Transsubstantiationem à Disparatis*, ut Caro & Panis, Sanguis & Vinum: quæ de se invicem prædicari non possunt: ut Panis est Corpus, &c. Sic Bellar. l. 3. de Euchar. c. 19. Sic & ex eo: *cum faciam vitulâ* &c. docet, *facere esse idem quod sacrificare.* Calviniani quoque ad negandam Præsentiam Christi in Cœna, utuntur eodem à Disparatis &c.

SPONG. *Nugaris, & concordiam minimæ probatiuncule in summæ Rei maxima discordia hanc limaris. Non in tantillis Fidei cardo vertitur, nititurve basis? Piget plura: ne te plus pudeat tui.*

APOLOGIA.

2. Haud nugor, Coppensteini, neque Concordiam mini-

Bb

me

ma probatiunculæ in summæ Rei maxima discordia seclor. Omnino enim in hac, quam hic attingo, Controversia, Fidei cardo & basis vertitur. Quod ita demonstro:

Quicquid concernit Religionis nostræ principium in eo etiam vertitur cardo, & fidei nititur basis.

Sed hæc, quam hic tractamus, Concordia Papæ-Calvinistica concernit Religionis Principium. Ergo.

3. *Assumptionem* probo, quia hic inter nos & Papæ-Calvinistas queritur: *An in Controversia de Cœna, standum sit uno Dei verbo revelato seu Scripturâ S. an verò etiam Ratione humana?* ubi Nos prius, Papæ-Calvinistæ posterius affirmant, & contra Realem præsentiam & unionem Sacramentalem Panis & Corporis, Sanguinis & Vini in Sacramento Cœnæ, hoc principii loco nobis utrique obvertunt axioma Logicum: *Disparatum de Disparato prædicari non potest.* Hæc assumunt utrique: *Corpus & Panis, Vinum & Sanguis sunt Disparata* Ergo de se invicem Sacramentaliter prædicari & uniri nequeunt: Et per consequens vel solum *Corpus & Sanguis* (ex mente Pontificiorum) vel solum *Panis & solum Vinum* (ex mente Calvinianorum) in S. Cœna adest.

4. Hic nos & omnes Orthodoxi nobiscum ex *Scriptura* improbamus hunc disputandi & articulos Fidei confirmandi modum, qui ex Rationis humanæ scrutinio, non ex Verbi Divini sacratio depromitur.

5. Atque hoc est quod tam in Pontificiis, quam in Calvinianis detestamur, quod Humanam rationem pro Religionis principio ponant & agnoscant tam *Theoreticè*, quam *practicè* contra *Scripturam*, contra *Patres*, contra *Semetipsos*; vide *disp. 2. Papism. th. 5. 13. disp. 1. Calvinis. th. 45-50.*

6. Et hæc de re supra actum c. 1. *Concord. Calvinicæ* ap. *harmo. 3.* vide *disp. 3.* unde non me pudeat mei, sed pudeat Coppensteinium sui, qui cum nil habet, quod respondeat, Controversiam & Concordiam Papæ-Calvinisticam extenuat, & putridum vulnus obtaubulare & paliare allaborat.

COPPENSTEIN. pag. 54.

HIMM. Harm. II. Utrique conveniunt, Joannis cap. 6. de Cœna Sacramentali accipi. Ita Bellarm. l. 1. de Eucharist. cap. 5, 6, 7. Cui Suarez, contrariatur. Sic & Calvinistæ multi. At nobis rectius accipitur de Spirituali esu, non Sacramentali: vel etiam cum ipso Calvino.

SPONG. Nos id de ipsissima Eucharistia loqui asserimus. Negant multi Lutherani de ea vel verbo agi: Alii cum Calvino distinguunt: sed fingunt. Hic quid cernis? Concordiam Papæ-Calvinisticam? Nullam; quin discordiam. An Luthero-Calvinisticam? Et verò ipsam. Vide Luthero-Calv. p. 3. q. 44.

A P O L O G I A.

7. Ergò Coppensteini concedis, vos docere Cap. 6. Job. de ipsissima Cœna Sacramentali agere, & per Consequens largiris vos conspirare hic cum plerisque Calvinianis, qui idem cap. 6. de s. Cœna intelligunt. Annon hic Concordia Papæ-Calvinistica?

8. Frivolum est, & admodum frigidum quod ais: Nonnulli Lutherani cum Calvino distinguunt & fingunt. Ergò nulla est Concordia Papæ-Calvinistica, sed Luthero-Calvinistica. Idem est ac si argumentarer. Multi Catholici (quæ sunt verba Fr. Suarez in ipsa Harmo. p. 68. b. adducta) negant c. 6. Johan. intelligendum esse de Cœna. Ergò nulli id affirmant.

9. Etenim Coppensteini hoc scias 1. me Harmoniam Papæ-Calvinisticam non definire & determinare, secundum omnes vel Pontificios, vel Calvinianos, sed secundum vel omnes, vel aliquos, vel plerisque, pro re nata. Sufficit enim si vel aliqui saltem, ab utraque parte inter se conspirent, nam & inde resultat Harmonia & Conspiratio, si non universalis ac totalis, tamen particularis ac partialis, si quidem & tres (si non plures) constituunt Collegium.

10. 2. Scias; nos Harmoniam & Concordiam Vestram Papæ-Calvinisticam, unicè considerare, quoad illa est directæ contra Verbum Dei & Scripturam S., quæ tunc est vera Conspiratio, quod etiam *diff. 1.* monuimus. Ergò quoties (quod sæpè

à Te fit) nos vicissim vis arguere *Concordiæ Luthero-Calvinisticæ* in iis Capp. quæ non directa sunt contra Verbum Dei, sed ex Scriptura S. fluunt, tum saltas quidem, sed extra chorum, nam *talem Concordiam Papæ-Calvinisticam* in vobis non improbamus, sed laudamus.

11. Et talis est Concordia inter nos & Calvinum (non inter alios Calvinistas pleròsque qui contrarium statuunt) quando utriq̃ue docemus *Cap. 6. Johan.* non de Cœna seu manducatione Sacramentali, sed Spirituali Sanguinis & Corporis Christi agere. Quod immotis fundamentis probavimus *disp. 5. Anti-Maier. th. 28-35.* unde petantur.

C O P P E N S T E I N. pag. 54.

H I M M. Harm. III. Utriq̃ue conveniunt in partium Cœnæ essentialium 1. *Subtractione.* Nam Pontificii Calicem subtrahunt, & species substantiamque panis: Calviniani præsentiam realem. 2. *Permutatione:* Pontificii vinum miscendo aquâ: Calviniani alia Symbola substituendo: si panis vinumque defint. Testes recito.

S P O N G. I. Et Luthero-Calviniani concordatis 1. In Additione, affingendo institutioni calicis Præceptum: quod nullibi in Scriptura doceri potest. 2. In Consubstantiatione, Lutherani duarum realium substantiarum, Panis & Corporis Domini: Calvinistæ unius realis, quoad Panem: alterius spiritualis, quoad Corpus. 3. In Distractione Corporis à Sanguine, ut sit solum Corpus sub Pane, Sanguis solus in Calice: 4. In forma verbi concionatoria & instructiva. 5. In materia permutatione Panis fermentati, vel azymi. 6. In effectu remissionis peccatorum mortalium: in argumentorum frequentatione pro utraq̃ specie. 7. In detractione Sacrificii à Sacramento: &c. Ergò estis verè Luthero-Calvinistæ. En Concordiam vestram.

A P O L O G I A.

12. Resp. I. Hac Ratione, *Coppensteini*, Concordia *Papæ-Calvinistica* non evertitur, sed stabilitur. Nam si ET nos cum Calvinianis concordamus, præsupponitur, quod & vos cum iisdem concordetis, quod probatum satis est in ipsa *Harm. bar. 3.*

tum

tum quâ Essentialem subtractionem, tum quâ permutationem. Contra singula tu ne hiscere audes, & ne prorsus tacere cogaris, obvertis nobis nostram *Luthero-Calvinianam* Concordiam. Miserum certè effugium; & est idem ac si quis probâset: *Coppensteinium errare: Coppensteinus* verò id tali refutaret Argumento, vel instantia: *Et Bellarmin. sæpiùs erravit. Ergonè Coppensteinus* propterea non errat? Ita scilicet secundùm *D. Augusti. aliud est respondere, aliud nolle tacere.*

13. Sed ad rem. *Nostra & Vestra* cum *Calvinianis* Concordia tantum distat, quantum veritas à mendacio, lux à tenebris. Etenim *nostra* Concordia radicatur in verbo Dei, *vestra* autem pugnat cum eodem, uti modò dictum.

14. Exempli gratia, ut maneamus in terminis: Concordia *Papæ-Calvinistica* quâ subtractionem, quâ permutationem partium Essentialium seu Integralium Cœnæ Dominicæ, quoniam nititur Scripturæ fundamento? Nullo, imò ab ipsa *Scriptura & Institutione Christi* planè evertitur & prosternitur. Vide *disp. Anti-Maier.*

15. Atqui *nostra* cum *Calvinianis*, quam hic nobis obvertis, *partim* verà in verbo Dei stabilita, *partim* falsa à te conficta.

16. *Vera* 1. Quoad Calicis Dominici præceptum, quod non est à nobis Institutioni additum, sed ex verbo Dei atque ipsa institutione infallibiliter fluit, vid *disput. Anti-Maier. 5. th. 32-39.* 2. Quoad utramque speciem, quam urgemus vi institutionis Dominicæ; vide *disp. 4. Anti-Maier. th. 4. & seqq.* 3. Quoad distinctionem Sacrificii & Sacramenti: quæ itidem gaudet auctoritate verbi divini; Etenim *sacrificia* Veteris Testamenti in Novo sublata sunt, veluti umbra accedente corpore, *Heb. 10, 1.*

17. *Falsa* est 1. quoad *σωστίαν* Sacramentalem, quam nobiscum non docent *Calviniani*, quippe qui Corporis & Sanguinis Christi *ἀπὸστίαν* strenuè contra nos propugnant. 2. Unde etiam cadit distinctio Corporis à Sanguine, cum utriusque præsentiam *Calviniani* negent. Nos autem non distrahimus Corpus à Sanguine, sed vi Institutionis Christi distinguimus; vide

disp. 6. Anti-Maier. th. 66, 3. quoad permutationem Panis azymi & fermentati: quia illi Panem urgent fermentatum: nos utrumque liberum concedimus, quæ hîc Harmonia Coppensleini? Quod attinet formalia verba, quæ præmittuntur ante administrationem, quædam spectant ad *Circumstantialia*, quædam ad *Essentialia* Sacramenti. Illa liberè, hæc necessariò in Institutione retinemus, & ex ore Christi recitamus: quæ Pontificii demurmurant, ea vix ipsimet intelligunt.

C O P P E N S T E I N. pag. 55.

Vide nunc Discordiam cum Calvinistis nostram, non in istis solum, aliisq; sed & in iis, è quibus tu Concordiam Papæ-Calvinisticam emendicas. Nam in eumentita subtractione & permutatione nostra, extremè discordamus à Calvinistis: ergò nos concordare fingis.

A P O L O G I A.

18. Extremè scilicet discordant Pontificii, quæ subtractionem, quæ permutationem Cœnæ Dominicæ: Quare hoc? Quia Coppensleinius id quidem affirmat, sed ne verbulo quidem demonstrat, neque ad Concordiam Papæ-Calvinisticam, quam multis roboravi testimoniis Papæ-Calvinisticis, vel tantillum respondet, sed sibi imaginatur nos debere esse contentos, si Coppensleinius veluti ex tripode ita pronuntiet: Nos Papistæ extremè discordamus à Calvinianis, Ergò nos concordare Himmeli fingis.

19. Scilicet Coppensleini! Capra nondum peperit, & hædus adhuc ludit in tecto. Nondum es Pontifex Rom. cui omnes fines terræ suppliciter credere teneantur, neque tibi est acclamatum in sella (quam probe nosti) illud, *habet*.

20. Responde, si potes ad mea allegata, quibus subtractionem vestram Sacrilegam, & permutationem partium S. Cœnæ Essentialium demonstravi ex Jure Canon. Bellarmin. Azor. & quibus non? Hinc ita *ἐκ τῆς ἰστορίας* te constringo.

21. Quicumq; Cœnam Sacramentalem violant, & subtractione & permutatione partium Essentialium, illi in subtrahendo & mutando conspirant.

Pon-

Pontificii & Calviniani Cœnam sacramentalem subtrahendo & mutando violant.

Ergo conspirant.

22. *Propositio est axiōmatis &.* Assumptio probatur in ipsa Harm. p. 69. partim subtractione, tam Pontificia, quâ & calicem Laicis, & partem terrenam videlicet Panem & Vinum per Transsubstantiationem subtrahunt: quàm Calviniana, quâ Pars Essentialis cœlestis Corpus nimirum, & Sanguis Christi doctrinâ Calvinianâ enervatur, & communicantibus subtrahitur: partim permutatione, itidem tam Pontificia, quàm Calviniana, quâ ex utriusque partis opinione (sed erronea) partes Cœnæ Essentialis Panis nimirum, & Vinum permutari queunt, uti Testimonia ex ipso jure Pontificio, ex Bellarmin. ex Calvino, & aliis clarè loquuntur.

23. Estne adhuc, *Coppensteini*, Concordia hæc *Papæ-Calvinistica* in subtractione & permutatione emendicata. Credo, *Coppensteini*, te esse unum è *Fratribus Ignorantium & Mendicantium*, qui hæc ignoras, & postea emendicata & ficta vocas:

COPPENSTEIN. pag. 55. & 56.

HIMM. Harm. IV. Utrique Panis fractionem urgent, ut partem Cœnæ Essentialem: idque non tam ob distributionem, quàm mysticam significationem Corporis Domini in cruce fracti: testes recito.

SPONG. Fingis. Quia fractio Panis pertinet ad Missæ integritatem, non essentiam: ordinaturq; ad distribuendum: & significandum: hoc semper, illud plerumq;. Neq; in ea consistit Sacramentum: nam hoc est Res permanens, non actio transiens: etsi nulli distribuatur. Non igitur eam urgemus nos. At urgent Calvinistæ: urgetis & Lutheristæ aded, ut, nisi adsint, quibus Cœna frangatur, hæc omittatur. Ecce vestram Concordiam Luthero-Calvinisticam: nullam nostram, nisi Anti-Luthero Calvinianam Discordiam.

A P O L O G I A.

24. Et tu *Coppensteini*, hic cucurbitas pingis, ac tam perplexè ac Monachaliter loqueris, ut ædipo opus habeat, qui scopas tuas dissolutas colligere, vel intelligere velit. Aliud certè est disputare,

disputare,

disputare, aliud rhetoricari, aliud populariter prædicare, aliud sceptrum, aliud plectrum.

25. Nam 1. quid, quaeso, hinc fingo Coppensteini? num asserendo: *Fractionem Panis ad Missæ Essentiam, ex vestra opinione pertinere?* Atqui neque *Missæ*, neque *partis vel Essentialis vel Integralis* verbulo memini, quod vestram spectat sententiam, quam p. 70. non respectu *partis*, sed ratione *Finis* his recito verbis: *Pontificii non propter distributionem, sed propter mysticam significationem, in S. Cæna Panem frangunt: idq. probo ex Jure Canon. Durand. Bellarm. &c.* quid igitur hinc fingo?

26. Et num Tibi, Coppensteini, particula propter est nota *Causæ Materialis*, an *Finalis*, de qua unice loquor? Quid igitur blateras de partibus *Essentialibus ac Integralibus*, de quibus adhuc magna inter *Philosophos* lis, quam hinc non faciam nostram, siquidem vereor, ut hinc bolus ad tuum sit palatum.

27. Et qui vobis tribuerem hoc; quasi statueretis *Fractionem Panis* esse partem *Cœnæ essentialis* sive *integrale*, cum probè sciam non omnes *Calvinianos*, qui vobiscum *Fractionem* urgent, id statuerere, unde *Calvinianorum* opinionem his recito verbis pag. 70. b. *Calviniani itidem Panis fractionem in S. Cæna morosè urgent, atque ita, ut à nonnullis pars S. Cœnæ essentialis statuatur &c.*

28. Sed Coppensteini, videris ipsemet ejus criminis reus, cujus me postulas, dum concedis *Panifragium* pertinere ad *integritatem Missæ*; quod an alii *Pontificii* tibi sint concessuri, subdubito. Sed ego hinc *Missam* vestram facio *missam*.

29. Ast Coppensteini, si non *ridiculus*, tamen *festivus* Coronidis loco sub finē *Harmon. Theoreticæ* esse voluisti, dum nos convincere allaboras *Calvinismi*, his verbis p. 56. *At urgent* (scil. *ἄποκλασίων*) *Calvinistæ: urgent & Lutheristæ*, adeò, ut, nisi adsint quibus *Cæna* frangatur, hæc omittatur. Ecce *vestram Concordiam Lutbero-Calvinisticam*.

30. Risum teneatis Amici, quem ego hæc legens vix reprimere potui. Ecce modum & medium probandi Coppensteinianum mirum! Ait *Lutheranos* urgere *Panifragium*. At quo medio?

dio? quia scil. Lutherani omittant eam, quando non adsint communicantes, id est, S. Cœnam usurpantes. Hinc talis Syllogismus Coppensteinianus:

31. Quicumq; panis fractionem omittunt, illi eandem urgent. Atqui Lutherani panis fractionem omittunt, quando nulli sunt communicantes. Ergò.

32. Ex qua verò Topica Coppensteinius Majorem confirmabit? ubi nam omittere & urgere sunt consentanea & connexa. In mea Logica sunt dissentanea, & quidem Contraria Adversa; studio omittere, & seriò urgere aliquid. Nam qui aliquid spontè omittit, ille certè non seriò urget, sed potiùs negligit, aut differt. Sic Coppensteinius ubi vis in hac Spongia omisit solidam & realem Responsonem ad pleraque mea argumenta & Concludendi media. Ergò Responsonem urfit, quæ tamen nusquam fermè apparet.

33. De Fractione autem Panis quid sentiant nostræ Ecclesiæ, publicè notum, videl. eam requiri ad distributionis commoditatem; unde fieri potest, vel ante usum, vel in usu Cœnæ, non præfigurationis, sed comestionis gratiâ.

34. Unicum ἔγκλημα Lutherò affricat

COPPENSTEIN. pag. 68.

16. Hic panis est corpus meum: scil. aut tropicè, aut absurdè: Afferitq; esse nuda signa. Luth. in Capt. Babyl, c. de Bapt. Idem Epist. ad Argent. ait: se valde in hoc propensum, quod in Eucharistia sint mera signa.

APOLOGIA,

35. Resp. Coppensteinius pro more suo verba B. Lutheri truncatim citat. Alleget verba integra, & res erit plana ac sensus planè Orthodoxus. Distinguat quoque inter Tropum Grammaticum (quem Lutherus concedit) & Rhetoricum, quem hîc non admittit: item inter Signa nuda σημαντικὰ, & μεσοφερεµα seu conferentia; de hisce, non de illis Lutherus loquitur.

36. Et tantùm pro parte priori Concordiæ Papæ-Calvinist. nim. Theoretica.

Ce

37. Par-

37. Partem posteriorem nim. *Practicam*, *Coppensteinius* adeò jejunè examinat, ut vix extremis, quod dicitur, digitis, eam attingat, sed pleraque à me probata & prolata largiter concedat; unde hîc eundem non tam advertantem, quàm mihi adstipulantem habeo, paucis igitur *Coppensteinium* absolvam, præsertim, cùm præ foribus sint *Francofurtensium* *Nundinæ*, quæ *Honorarium* *Coppensteinio* à me postulant.

38. Cap. 1. (de *Nominis* professione) pag. 70. *Coppenstein* scribit; *me vanè jactare, quasi demonstraverim Lojolitæ contra Christum docere & credere.*

39. At, bone Vir, non vanè hæc jacto, sed abundè probatum do parte priori *Papæ-Calvin.* ad quam appello hîc p. 72. idémque demonstro in *Apologia pro B. Luthero contra Lojolitam & Apostatam Spirenses.* p. 28-31.

40. Cap. 2. (de *Religionis* origine) de *Franciscana* visione ita *Coppenstein*, p. 73. *Franciscanam*, ait, *visionem* probo *historica* fide, ut possibilem & fidei, moribusq; bonis *Ecclesiæ* nil contrariam. De *Ignatiana*: *Vera*, inquit p. 74. *Ignatii* visio fuisse putatur, ex eventu ipso tam *universali* ac *constante*. *Fictis* non eget *Ecclesiæ*; quæ factis gaudet *mirabilibus* & *gloriosis*.

41. Sed, *Coppensteini*, quænam est illa probata fides *historica*, quàm jactas? Num *Legendæ*, seu potius *Lugendæ* *Sanctorum*? *Fabulæ* & *nugæ* *historicam* fidem haud merentur. Neque illud quod verum putatur, statim verum est. Nobis certè *Visio Ignatii* vera non putatur, sed *ficta* esse creditur. *Fictis* quidem *Ecclesiæ* vera non eget, an verò *vestra* talis sit, & annon plurimis *miraculis* *falsis* *fictisque* nitatur, ostendetur c. 9. & supra ea de re actum fuit.

42. Cap. 3. (De *Causa Organica Efficiente*) p. 74. dicit *Coppenstein*. 1. *Se hætenus* mei pœnituisse, jam etiam pudere. 2. *me infeliciter agere practicum: & magis Theoreticum, quàm Practicum*; uti loquitur c. 4. p. 76.

43. Sed tuam *Coppenst.* vel pœnitentiam vel pudorem nil moror; pœniteat pudeatq; te *infelicis* & *aridæ* tuæ *Spongiæ*, ac *misellæ* hujus tuæ ad meam *Harmoniam* *Responsionis*, quæ adeò *macilenta*,

cilenta,

cilenta, ut vix ossibus hæreat; adeò frigida, ut strideat ac tremat ceu animula rigida, nudula *Adriani*; aut sicut animulæ montis *Heclæ*, ὡς Φόβλι, in *Islandia*; adeò pallida, ac si fame periisset; adeò calva, ceu defunctorum sunt crania calva; adeò levis, ut ille apud *Castilion.* qui ignem exsufflaturus unà cum favillis in auras per *Caminum* abreptus fuit; quæ denique uno verbo *Sophocleo* καπνῆ σκιδά.

44. Uter verò nostrum sit felicior vel *Theoreticus* vel *Practicus*, non est judicare meum, qui infirmitatis meæ probè sum mihi conscius; interim gratia Dei sum quod sum, cujus gratia in me non erit vacua. Meis ego Auditorib⁹ sapiùs inculco, ut *Praxin* *Theoriæ* conjungant, unde & *Theologiæ* duas constituo partes, alteram θεωρητικὴν, alteram πρακτικὴν; & adstipulor omninò *D. Augustin.* ita l. 4. de *D. C. t.* 27. loquenti: *Habet, qui dicit, ut obedienter audiatur quantacūq; granditate dictionis majus pondus vita dicentis. Nam qui sapienter & eloquenter dicit, vivit autem nequiter, erudit quidem multos discendi studiosos, quamvis animæ suæ sit inutilis.*

45. Edidisti sanè, *Coppensteini*, in *Praxi* *Meditationes* practicas in *Passionem* & in *Pericopas Evangelicas*, sed idem per Dei gratiam & à me præstitum est. Quamvis ego non admirator vel deprædicator (sicuti tua in *Epistola Dedicatoria* labores tuos thrasonicè longo ordine, non aliter ac tumidus *Phariseus* *Luc.* 18. sua opera, recenset) sed potiùs accusator mei sum, secundùm illud: *Justus prior est accusator sui*, *Prov.* 18, 17.

46. Quod verò, *Coppensteini*, hodiètnam *Romano-Catholicam* fidem à *Christo* & *Apostolis* propagatam esse, auctoritate *Bellarmin.* p. 75. probare niteris, in eo principium petis.

47. Cap. 4. (de *Patrum* & *Lutheri* falsatione, seu perversa allegatione) inquit *Coppenstein.* 1. *Chemnitio* nulla fides; *Bellarmini* allegata contrarium probant, 2. *Vetteri* Citationes nil fallunt, quantum comperi.

48. Sed Resp. 1. *Chemnitio* multa, & longè major fides, quàm tuo *Bellarmino.* 2. *Vetteri* Citationes esse falsissimas ad oculum tibi demonstrabit unicum istud *Post. Colloq. Ratisb. D.*

Philippi Heilbrunneri, in quo aliquot crimina falsi *Vettero* demonstrantur; quæ dilue, si potes, *Coppensteini*.

49. Cap. 5. (de *Sycophantica laudatione & convitiis in Lutherum*) *Coppenstein*, p. 77. vocat *Osiandrum & Erasmus* duos testes *Lutheranos & vanos*.

50. At, *Coppensteini*, hâc ratione tibi erit *Papa Leo X. Lutheranus & vanus*, quippè qui *Erasmus* vocat *dilectum suum filium*; nostin' ubi? Ac non solus vel *Masius* vel *Erasmus*, sed & plures alii in medio *Papatu Lutherum* laudârunt, ejusque *Scripta* commendârunt, quorum *Catalogum* benè longum, vide apud *Dn. D. Johan. Förster*, in *Strena ad Gretser*, missa; item tom. 5. *Dn. D. Gerhard*, §. 295. de *Ecclesia*.

51. Cap. 6. (de *Nominis occultatione*) malè p. 77. *Coppenstein*, applicat *Romanensibus* illud *Apostolicum Rom. 16, 19. Obedientia vestra in omni loco divulgatur*: quia non *Obedientia*, sed *Apostasia* modernorum *Romanensium* omni in loco hodiè divulgatur.

52. Cap. 7. (de *Contradictione*) ita *Coppenstein*, de *Consensu Romanensium* p. 78. ait: *Consensum non vidit orbis sanctiorem in Articulis Fidei, seu scriptis seu traditis*.

53. Vah miserum illum *Consensum*! quem esse *Concordiam* discordè ostendi supra *disp. 1*. Nam *Pontificios* non tantùm in *moralibus & ritualibus*, ut vult *Coppenstein*, sed & in *Fidei Articulis*, vel maximè inter se dissentire, & capitaliter digladiari testis est ipsemet *Bellarmin*, qualibet fermè in *Controversia*, ubi dissentientes & pugnantes *Romanensium* opiniones refert. Vide *Contradictiones nunc-Romanæ Ecclesiæ D. Pappi* ex solo *Bellarmin*, excerptas. Et annon, *Coppensteini*, capitales sunt *Controversiæ* ac inimicitæ inter *Thomistas & Scotistas*, adeò ut *Joh. de Rada* in *Præfat. Concil. Thomisticarum & Scoticarum* scribat: *Hi Dd. (Thomas & Scotus) sibi invicem sunt contrarii*. Id quod fusè ostendi in *disp. Anti-Papisticis*, & in ipsa *Harmo.* p. 82.

54. Cap. 8. (de *Hypocritica simulatione & dissimulatione*) iniquè accusas, *Coppensteini Chemnitium*, pag. 79. quasi *Statum Questionis* pervertat: *Dicis, non doces, sed tuo ingenio alios judicas*.

55. Cap. 9.

55. Cap. 9. (De Miraculorum gloriatione) pag 80. verè & jure Ecclesiam Romanam gloriari de Miraculis Coppensteinii dicit, at non docet. Miracula enim Ecclesiæ Romanæ esse fabulosa & falsa ipsimet fateri coguntur Pontificuli. vide supr. disp. 2. th. 14. it. Dn. D. Gerhard. tom. 5. Loc. Theolog. de Eccles. S. 283. & 284.

56. Cap. 10. & ult. (de Perjurii scelere) *initio me propudialis erroris in luto hæerere ait, eò quod Papam—Antichristum nominârim. Quod peccatum supra modum peccans peccatum nuncupat Coppenstein. p. 81.*

57. Sed qui cum Scriptura 2. Thessal. 2, 4. loquitur, is verum dicit, peccatum autem nullum committit. Nota erunt Coppensteinio hæc Gregor. Epist. 30. verba: *Ego fidenter dico, quia quisq; se universalem vocat Episcopum, vel vocari desiderat, in elatione sua Antichristum præcurrit, quia superbiendo se cæteris anteponeit.*

58. Deinde Decretum Conc. Constant. de Fide Hæretico non servanda, partim negat, partim palliat & excusat Coppensteinius.

59. Negat his verbis pag. 82. *Nego Decretum hoc esse Concilii; sed ei affictum.*

60. Sed ut impudens os Coppensteinio obstruatur, placeat verba Concilii sess. 19. recitare, quæ ita sonant: *Præsens Sancta (si diis placet) Synodus, ex quo vis salvo conductu per Imperatorem, Reges & alios seculi principes, Hæreticis, vel de Hæresi diffamatis, putantes eosdem sic à suis erroribus revocare, quocumq; vinculo se astrinxerint, concesso, nullum fidei Catholicæ vel jurisdictioni Ecclesiasticæ præjudicium generari, vel impedimentum præstari posse seu deberi declarat, quò minis dicto salvo conductu non obstante, licet judici competentis & Ecclesiastico, de hujusmodi Personarum erroribus inquirere, & aliàs contra eos debite procedere, eosdemq; punire, quantum justitia suadebit, qui suos errores revocare pertinaciter recusaverint, etiamsi de salvo conductu confisi, ad locum venerint judicii, aliàs non venturi.*

61. Palliat & excusat Decretum hocce miris modis Coppensteinius, idque colore Becaniano illinere ac inducere, fin-

gere & pingere conatur. Nam iisdem utitur exceptionibus frivolis & frigidis, quibus *Becanus* in *Disput. An Fides Hæretico sit servanda?*

62. Proinde Coronidis loco *Becano-Coppersteiniana* Argumenta breviter examinabimus.

63. *Primum* Argumentum tale est:

Qui dat salvum conductum jure communi, nihil aliud dat quam securitatem contra violentiam injustam, cum hæc clausula; salvâ semper justitia & juris executione.

Atqui Imperator dedit Johanni Hussò salvum conductum jure communi.

Ergò nihil aliud dedit, quàm securitatem contra violentiam injustam.

64. *Resp. 1. Per inficiationem Minoris: quod ex verbis ipsius Salvi conductus patet, in quo 1. non addita fuit hæc clausula (quæ Hieron. Pragensi, non Hussò à Concilio annexa est) salvâ semper justitiâ. Erubescimus autem sine lege loqui.*

65. 2. *Sic dicit ibi Imperator: Quem Hussum in S. Imperii protectionem recepimus & tutelam, vobis omnibus & vestrum cuilibet, pleno recommendamus affectu. Scribit autem ad universos & singulos Principes Ecclesiasticos, & Seculares.*

66. 3. *Addit; ut Hussum omni proctus impedimento remoto, transire, stare, morari, & redire liberè permittant: Quod certè excludit omnem executionis exceptionem: Sic enim nunquam reditur.*

67. 4. *Jubet ut universi & singuli Principes Ecclesiastici Hussò de salvo & securo insuper provideant, si opus sit, conductu, ad honorem & reverentiam Casaræ Majestatis.*

68. 5. *Constat ex Historiis, status Bohemiæ prius Hussum mittere noluisse ad Concilium, nisi plenissimè caveatur de ipsius securitate.*

69. 6. *Non fuisse autem Hussò eo modo (de jure communi scil.) datum salvum conductum, vel potuisse etiam dari probo 1. quia Imperator Sigismundus admodum ægrè tulit, cum ei nunciatum esset, Patres illius Concilii præter jus salvi conductus*

ctus

Huss à se dati, *Hussum* in carcerem misisse, quæ causa fuit, ut datæ libertati restitueretur; quod si autem clausulam eo modo accepisset Imperator, quo Patres, indignari non potuisset.

70. 7. Clausula illa hîc locum non habet, nihil enim commertus est *Hussus*, nec ullius quidem criminis accusatus, quàm Hæreticæ doctrinæ ab Hæreticis; aliàs clausula suum habet locum in iudicio Civili, præcipuè apud facinorosos. Pugna- re autem cum jure & justitia Dei, occidere Hæreticos, alibi ostenditur. Quare cùm *Concilium Constantiense* non sine consensu *Papæ* institutum sit, & hoc quidem sine, ut primò Schisma *Paparum* (hoc est, trium capitum Ecclesiæ vicariorum, quod monstrosum est) tolleretur; deinde ut Hæreses sopirentur, quæ videbantur natæ esse ex doctrina *Wicclesii* & *Hussi*: ad eoque *Hussus* ad *Concilium* invitatus, publicis liberis instructus venit; insigni fraude & perfidia *Hussum* oppressum fuisse, quilibet homo candidus palam dicturus est, quia salvus conductus datus est illi, quatenus hæreticus judicatus est, atque sic liberè audiretur, & si fieri potuisset, legitimis mediis ad doctrinam Papisticam reduceretur.

71. *Secundum Becani Argumentum* sic habet.

Imperator cùm daret illi saluum conductum, sub pœna capitis prohibuit illi fugam.

At Hussus fugâ elapsus est. Justè igitur puniri potuit.

72. *Major & Minor* falsa est. Nam cùm *Imperator* illi sal- vum conductum daret *Spiræ* 14. Octobr. nullius fugæ memin- it, nec meminisse potuit, & ne quidem quicquam de fuga suspicari. Quia *Hussus* ultrò ad *Concilium* ivit, & singulis urbibus *Germaniæ*, quas transivit, publico Programmate significavit suum transitum & præsentiam. Non igitur ullus erat fugæ metus. *Constantiæ* enim totum fere mensem à nullo sollicitatus substi- tit, & meditationes Sacras multas ibi scripsit, quæ adhuc extant. Primo autem aditu, cùm ad *Papam* & *Cardinalem* vocatus esset, statim captus est, & tam lævâ custodiâ militum & carceris ob- seratus, ut elabi non potuerit.

73. Fabula igitur est de *Fuga Hussi*, quam habet *Becanus*

et

ex Typographo, aut qui hoc sub Typographi nomine inferuit *Actis Concilii Constantiensis*. Sic enim *Typographus* ille p. 10. nugatur his verbis: *Qui calumniatur Hæresiarcham à Synodo Constantiensi sanctissima in salvo conductu interceptum, ii aut ignorant, aut ignorare se nequiter simulant, Hussium ipsum suæ causæ ac pelli timentem, in curru sub fimo seu stramine ex Urbe Constantiensi occultam fugam captasse, & per Magistratum Constantiensem ex fuga retractum, salvo conductu se indignum fecisse. Quæ reatio nullo certo nititur autore, & planè incredibilis est. Nam 1. constat, Sigismundum Hussio fugam non interdixisse; cui enim libertas recessus datur, quomodo is fugere dici potest, si recedat? 2. Ipse Sigismundus ægerrimè tulit, cum audiret Hussium primo statim accessu captivatum esse. 3. Si etiam ipse Imperator interdixisset, postea fugam ex urbe Constantia, fecisset contra proprium suum Salvum Conductum, in quo liberum ipsi recessum concessit. 4. Etiam Magistratus Constantiensis fecisset contra Salvum Conductum, quòd non concessisset Hussio liberum abeundi spatium, adeò ut non necesse habuisset pelli & causæ suæ timere, vel etiam curru sub fimo aut stramine contegi. 5. Etiam Constantiensis Magistratus in eo contra Cæsarem egisset, quod retraxisset è fuga abeuntem. Nam cur ille cohibeatur ne recedat, cui ab Imperatore libertas abeundi in salvo conductu concessa fuerat?*

74. Videt igitur *Lector*, quàm putida hæc sit fabula de fuga Hussi; quæ si etiam vera esset, non salvaret tamen sanguinarios Patris Conciliabuli Constantiensis. Nam 1. *Salvus conductus* periculum mortis non infert innocenti fugitivo, si quis videat præcipuè secum proditoriè agi, ut *Hussus*: maximè cum fidem datam Patres jam ante fregerunt, contra literas salvi conductus in carcerem conjecerunt, vitæ nunc etiam insidiati sunt. 2. Si fuga potest esse causa mortis, cur non Papam Johannem in simile discrimen pertraxerunt, qui & ipse ex Concilio noctu aufugit, & captus in custodiam datus est? Verum perfidis nunquam causa deest sui perjurii? verberaturus canem semper invenit baculum aut lapidem. Si candidè *Becanus* loqui voluisset,

luisse,

luisset, ideò combustum dixisset, quia *Hæreticus, cui fides non sit habenda vel servanda.*

75. *Tertium Becani Argumentum hoc est:*

Si Hussò fides violata esset, vel ipse, vel Hieronymus Pragensis, vel certè Bohemi nobiles, vel etiam Lutherus hac de re questi fuissent.

Sed hoc non est factum. Ergò.

76. *Resp. Hoc Argumentum ab Autoritate humana petitur, negativè procedit, & propterea nil concludit. Adde quod etiam Antecedens falsum sit. Nam necesse est Lojolitam vel surdum esse naturâ, vel sua sponte, ut qui has querelas non exaudierit. Nonne enim legit primam schedulam per nobiles Bohemos in Concilio Anno 1415. oblatam? Nonne eorundem Responsum, & Confutationem Episcopi Luthomislensis? Nonne & alterum Scriptum eorundè Bohemorum cum inserta Protestatione Hussi; in quo maxima querela urgetur, quod contra fidem datam agant, egerintque cum bono viro. Item: Nonne Hussus ipse, cum jam in publico consensu damnatus esset, defixis in Cæsarem oculis fidem pollicitam fractam allegat, adeò ut ipse Imperator vehementer erubuerit.*

77. *De Hieronymo Pragensi etiam si maximè Historiæ incompletæ id non testentur, tamen illud nihil præjudicat: Cùm descriptor vitæ Hieronymi ἀπομνηστικὸς ipse testetur, quod calamitas ipsius non sufficiat annotare, nec lingua sua enarrare, quæ ipse ante sententiam latam in audientibus prædictis fuerit locutus. Imò verò testatur, quod in loco ultimi sui Martyrii dixerit; se ideò damnari, quod noluisset asserere, M. Johannem Huss. fuisse ab ipso Concilio sanctè & justè condemnatum. Ergò nefariè & contra datam fidem.*

78. *De Luthero, si Lojolita Jenuò vult audire ipsius querelam, audiat, quæ extat in admonitione literarum; ut Theologi ad quodcùnq; Papistarum Concilium accessuri, tyrannide Judicium Constantiensis Concilii admoniti cautiores sint. Sic titulus est. In literis ipsis ita legitur: Hussus vi compulsus est ad confirmandum dictum, Papa impius non est pius: ibi omnes aprorum more fre-*

D d

mere,

mere, setas à tergo erigere, frontem corrugare, dentesq; acuerè cœperunt, impetu in eum facto scelestè & nefariè ipsum exusserunt. Capite vobis hoc Beane & Coppensteini.

79. *Ultimum Argumentum* pro purgando hoc scelere, tale est, quod negat, Patres hujus Synodi fecisse decretum de fide Hæreticis non servanda, sed tantùm disponere de Jure superioritatis. Nimirùm quod Princeps secularis (ut erat Sigismundus Cæsar) quando dat alicui saluum conductum (ut dedit Hussus) non possit illud extendere ad tribunal superius (ut est Papa & Concilium) Quia nemo censetur majora permittere, quàm præstare possit, salvo jure cujuscunq; ait Coppenst. p. 82.

80. Fundamentum igitur hujus fabulæ ponitur in distinctione Magistratus superioris & inferioris. Sigismundum tanquam inferiorem Magistratum, fecisse quod in se est, fidem non violasse, ideòque Hussus non amplius teneri obligatum: Papam autem tanquam superiorem Magistratum Hussum condemnasse, ad mortem. Quantum igitur Ecclesiastica jurisdictio præstantior Politicâ, tantum etiam Imperatorem Papæ nil præjudicare posse.

81. Resp. 1. Distinctionem jurisdictionis Ecclesiasticæ & Politicæ agnoscimus, & præstantiorem Ecclesiasticam esse dicimus, quæ in rebus divinis occupatur: illa verò in civilibus tantùm. Verùm diversa hæc genera non sunt confundenda. Quod si inter limites suos Papa se continuisset, & Ecclesiasticam jurisdictionem exercuisset, tanquam pertinacem suæ causæ excommunicasset, illud æquissimè ferremus, atque sic haberet locum hîc: jurisdictionem Politicam nihil præjudicare Ecclesiasticæ. At quod Concilium sententiam mortis in Hussum fert: & tanquam victoris officio fungens in manus Politici Magistratus tradit, eumque ad supplicium sumendum incitat, id jure reprehendimus, idq; ita ostendimus ex ipso jure Pontificio.

82. Jus Canonicum enim Hæreticos occidendos non esse statuit. Ita dist. 45. cap. Quid autem. i. inquit: Quid autem de Episcopi, qui verberibus timeri volunt Canones dicant, benè fraternitas vestra novit: Pastores enim facti sumus, non Percussores.

Et

Et egregius Prædicator dicit: argue, obsecra, intrepa in omni patientia & doctrina. *Causa 23. q. 4. c. Tres Personas 12. Ecce quod mali tolerandi sunt, non corporali, sed spiritali vindicta sunt puniendi. Confet cap. seq. ex Hieron. in c. 4. ad Galat. Ibid quest. 8. c. 29; & 30. Iudicio sanguinario se non debent immiscere Ecclesiastici, nec truncationes præ se inferant, qui secus facit functione priuatur.*

83. Resp. 2. In hoc Argumento audire nos ipsissimum Antichristum, qui se extollit supra Casarem, & non putat se obligari salvo conductu Imperatoris, scil. juxta illud 2 Pet 2, 10. Quod si sic est, non æstimem *salvum conductum Casaris* in causa religionis cassæ nucis. Deinde neque hoc effugium tamen hîc locum invenit: Nam cum *Hussus Constantiam* veniret, & nobiles *Bohemi Comites* ipsius *salvum conductum Pontif. Rom.* exhiberent, acceptavit id ipsum, & respondit: *Etsi Johannes Huss fratrem sibi germanum occidisset, tamen, & nullo modo commissurum, quantum in ipso esset, ut aliqua ei fieret injuria, quàm diu Constantiæ esset.* Ergò consensit *Papa* in hunc *salvum conductum*. *Papa* igitur ipse contra hanc suam fidem datam fecit, & dupliciter fidem fregit 1. propriam. 2. Imperatoris. Aut *Papa* tunc nondum intellexit superioritatis suæ jus, aut *Decretum* hoc de jure superioritatis est temerarium, novum & in præjudicium Imperii à *Paterculis Constantiensibus* factum.

84. Præclara *Caroli V. Imp. Rom.* vox, quam etiam ipse *Beccanus* (juris superioritatis oblitus) laudare cogitur, quod dixerit (*Fidem rerum promissarum, etiam si toto orbe exularet, tamen apud Imperatorem consistere oportere.* Sic *Carolus*; utinam & sic *P. R.* Sed satis de hac *Quæstione*, de qua plura legantur in *Hæreseol. D. Crameri, c. 14. Prolegom. p. 52-61. it. in Disp. M. Francisc. Arnoldi de Inquisit. Cathol. quest. 3. th. 206-264.*

85. Atq; hæc fuere, *Coppensteini*, quæ ad *Spongiam tuam* respondere & debui, & quantum per occupationes ordinarias licuit (nam & ego panem hîc, æquè ac Tu *Heidelbergæ*, otiosus non comedo) volui, ut intelligeres; an *chymæra Papæ-Calvinismi* in cerebro *Himmelio* consilia emerferit, & Tuæ calamo convicta secide.

ceciderit, uti in Præfat. ad Lector. de victoria ante triumphum, gloriaris.

86. Ad hæc si quid reponere volupe Tibi fuerit, quæso id facias *solide ex Scriptura*: nam *fidei nostræ salus* (secundum Cyril. Hierosoly. Catech. 4.) & *conservatio non orationis facundiæ* (aut *curtæ tuæ peltæ brevitæ*) sed *divinarum Scripturarum niti- tur probatione*,

87. Facias id quòque *erudite* juxta legitimas Disputan- di leges, quæ volunt, non ut *audè & crudè* hoc vel istud affir- mem negemve, sed ut *Rationibus & Argumentis*, quantum fieri potest ac debet *Syllogisticè dispositis*, pugnem.

88. *Spongia certè tua, Coppensteini*, magis *Glossatoria* quàm *Disputatoria*, magis *olida* quàm *solida* cuivis legenti ap- pareret: *vestigia siquidem Scripturæ S.* (cujus dictum vix ac ne vix quidem unicum adducis) & *Rationis sanæ ac solidæ non legis sed negligis*, non *teris sed præteris*, & tamen *magnus, præ- fertim Practicus, Theologus audire vis, ac saluari cupis*.

89. Sed hisce, *Coppensteini*, tam corpore quàm animo *vale*, & *Responsum hocce subitarium*, à cura non valdè diutur- na, boni consule, memor illius *Gregor. M. Non sufficit ad singula qui divisus est in plurima*: nobis enim neque tantum otii, neque tantum stipendii ac ad res elaborandas & pertractandas subsidii suppetit, quàm vobis, qui *pauperes estis sine defectu*, & *humiles sine despectu*.

90. Quod si quæ forsan acerbiora leges vocamina, quæ præter intentionem mihi exciderint, non irati, sed irritati esse puta: comitor namque ducentem, dum committor.

Iterum *Vale*, mi *Coppensteini*, & me-
lius *sape*.

Erratum Typotheticum, aliudve leviusculum, nemini erit
oculiferium, nisi qui *προνεῖ ὀμματ*
καὶ κόμματ.

UNI DEO GLORIA.

Th. ev. polem. 331 m

1111

1111

Theo